¶Danaba in scithia.longitudo.ciiij. latitudo. xliij.
¶Drepsa sogdianne: longitudo.cxx.latitudo. xlv.
¶Albana albanie.longitudo.lxxxij.latitudo. xlvj.
¶Hermonasa in sarmathia.longitudo.lxv.latitudo xlvij.
¶Odessus missie.longitudo.lv.latitud.xlv.
¶Theodosia in taurica, que capha dicitur. longitudo. lxiij.latitudo xlvij.
¶Venecie.longitudo.xxxiiij.latitudo. xlv.
¶Mediolanum. longitudo.xxxj. latitudo. xliiij.
¶Papia. longitudo.xxxi.latitudo.xliiij.
¶Verona.longitudo.xxxiii. latitudo. xliiij.
¶Padua.longitudo.xxxiiij.latitudo.xliiij.
¶Iulium carnicum in bauaria.longitudo xxxiiij. latitudo.xlv.
¶Vienna.longitudo.xxiiij. latitudo.xlv.
¶Vayona.lougitudo.xv. latitudo. xlv.
¶Burdigala.longitudo.xix.latitudo.lv.
¶Lugdunum.longitudo.xxiiij.latitudo.xlv.
¶Burgos. longitudo.xij.latitudo.xliij.
¶Asturica.longitudo.ix.latitudo. xliiij.
¶Legio germanica. longitudo . ix. latitudo. xliiij.

¶Regnũ nauarie totũ.põpelon.longitudo.xv.latitudo.xliiij.uasconia

¶Viscaya tota menosca sanctus sebastianus. longitudo.xiiij.latitudo.xlv.

¶Asturica tota .laredo.longitudo .xiij. latitudo. xlv

¶Galizia tota.compostella sanctus Iacobus nouium longitudo.vj.latitudo.xlv.

¶Insule delos azores.longitudo.iiij.latitudo.xlv.

¶Victoria.xiii.latitudo.xliij.

¶Insigniores ciuitates septimi climatis

¶Asmirrea in serica.longitudo.clxx.latitudo.xlviij.

¶Auratia in scithia.longitudo .cxliiij.latitudo.xix.

¶Scithie extra imaũ issidon.lõgitudo.cl.lati.xlviii.

¶Porte sarmathie.lõgitudo.lxxx.latitudo.xlvij.

¶Cimeric⁹ bosphor⁹.lõgitudo.lxiij.latitudo.xlviij

¶Achileum in sarmathia longitudo.

¶Tamiraca.longitudo.lxiij.latitudo. xlviij.

¶Segodunũ nurẽberk.lõgitudo.xxxj.latitudo.xlix.

¶Heremus eluetiorũ.longitudo.xxx.latitudo.xlviij

¶Neumarckt.lõgitudo.xxij.latitudo.xlix.

¶Argentina.longitudo.xxix.latitudo.xlviij.

¶Parisij.longitudo.xxiiij. latitudo.xlviij.

¶Nantes.longitudo.xix.latitudo.xlix.

¶Ore septẽtrionales maris hircani.latitudo.xlviij.

¶Octaui climatis.ciuitates insigniores.

¶Damarin serica.longitudo.clvj.latitudo.lij.

¶Praga.longitudo.xxxix.latitudo.l.

¶Tirāba in sarmathia assie. longitudo. lxx. latitudo. l
¶Paludis meotidis mediū. lxvj. latitudo. lj.
¶Ocrū promōtoriū in anglia. longitudo. xij. lati. lij.
¶Amassia. lōgitudo. xxxij. latitudo. lj.
¶Lupte. lōgitudo. xxxiiij. latitudo. liij.
¶Nomisteriū. longitudo. xxxix. latitudo. li.
¶Colonia: longitudo. xxix. latitudo. li.
Tornay. longitudo. xxiiij. latitudo. liii.

¶Noni climatis insigniores ciuitates.

¶Londres. longitudo. xx. latitudo. liiij.
¶Auratis regio. lōgitudo. cxlv. latitudo. lv.
¶Amazones populi in sarmathia. lōgitudo. lxxxv. latitudo. liiij.
¶Thanais ciuitas: in ostio tanais. fluuij longitudo. lxvij. latitudo. liiij.
¶Dantzg. in almania. lōgitudo. cxlv. latitudo. lv.
¶Frisia regio. lōgitudo. xxix. latitudo. liiij.
¶Cales in francia. lōgitudo. xxiiij. latitudo. liiij.
¶Antona in anglia. lōgitudo. xix. latitudo. liij.
¶Extra clima sūt multe regiones in septētriōe ut maior ps anglie. Scothia. Irlāda. Scādia. Noruega. Gocia. Dunamarca. Dacia. Libonia. & tanais flu. Sarmathie. Scithie multa pars.

¶Ciuitates quedam que noīa prisca mutauerunt & primo in asia.

¶Nicomedia. nunc comidia
¶Sinirna. nunc laxmira in turquia
¶Ephesus. eipo.

¶Lesbos insula mitilin
¶Tarpsus.nunc tarjo
¶Insula.chi.nunc chio
¶Gaza in siria.nunc gazara
¶Iopa. Iafa.

¶In africa & primo in mauritania.hoc est fez in regno de fez.

¶Ampelusia seu cotes promõtorium cabo despartel.
¶Tingis cesareá tanger
¶Abilis columna cepta
¶Exilisa ciuitas alcácer zaguer

¶In regno de trebezem

¶Timici.trebecen
¶Gipsaria portus:nunc melilla

¶Bugia.

¶Sigila bugia
¶Hipom regia bona
¶Vtica locus maritimus iuxta tunitium

¶In africa propria

¶Tunicium:hodie tunez.
¶Cartago:hodie afrago
¶Adrumentum hodie.
¶Leptis media nunc tripol. propinqua est sirtis par u.i. las baxas.
¶De berberia

¶In cirenensi.

¶Cirene:nunc corena
¶Arsinoe:nunc bonadria

¶In ægipto.

¶Memphis alcayro in egypto

¶Pelusium. hodie damiata

¶In europa primo hispania

¶Numãcia nunc soria uel locus ei propinqu9

¶Turiaso. tarazona

¶Secuncia piramita ciguenza

¶Lercosa. nunc tortosa

¶Saguntum. nunc monuiedro.

¶Bilbilis. nunc calatayut sed falso.

¶Segobriga: sogorbe quod non puto

¶Mus burgi. burgos.

¶Vir dubesca. briuiesca.

¶Cantabri ubi santãder. laredo castro & loca ꝑpiqua

¶Flauium brigantiũ. scã marta in galizia.

¶Nouium sanctus Iacobus in galizia

¶Portus magnus. nunc la curuña

¶Oneriũ promõtorium: cabo de finis terra

¶Artabrorum portus: nunc ponteuedra

¶Aque calide. nunc orense.

¶Sentica nunc zamora

¶Augustobrica nunc ciuitas roderici

¶Lentia: nunc ledesma

¶Maliana: nunc monleon

¶Pincia ualladolit

¶Sarabris toro.

¶Obila. auila

¶Complutum.alcala.
¶Mentesa. lahen.
¶Asta. nunc xeres.
¶Illupula magna nunc granata.
¶Portus magnus. almeria.
¶Iunonis templum. tarifa.
¶Calpe. gibraltar.
¶Suelum. marbella.
¶Sacrum promontorium. cabo de sant uincente.
¶Melaria nelmela. tarfagar.
¶Illiberi porchena.
¶Astigis.ezija.
¶Gadira insula.calez.
¶Deobriga.talauera.
¶Augusta gemellina.medelin.
¶Carpentani.los que biuen cerca de toledo.

¶In gallia aquitania.

¶Burdigalia. burdeos.
¶Rasinum ruisellon.
¶Santones. la rochella.
¶Pictones.nantes. &c.
¶Bibratus portus.nantes.

¶In lugdunensi.

¶Rhotomagus: nunc ruan.
¶Beuthetia: parisius.
¶Lugdunum.nunc leon desaona rona.

¶In aquitania & celtica.

¶Gesoriacum nauale: cales
¶Renus fluuius: nunc el rin
¶Brugis: brujas
¶Agrippinensis: nunc colonia
¶Augusta rauricum: basilea

¶In germania

¶Treba hamburck
¶Lauciburgium rosthock
¶Absciburgiũ emmerich
¶Gramonarium hamberck
¶Segodunum nurenberck
¶Viturdium erfordia
¶Casurgis praga
¶Cinbrisa chersonesus nunc dacia dunamarca

¶In sarmathia.

¶Taurica chersonesus ibi capha.

¶In italia.

¶Ticinũ: nunc papia
¶Asculum; nunc sanctus flauianus.
¶Septempeda. nunc sanctus seuerinus.
¶Lacus larius: hodie cumanus.
¶Veruanus lacus: hodie lacus maior.
¶Venacus lacus: hodie lacus garde.
¶Heloredia: nunc angleria.
¶Vaticanum: nunc basilica sancti petri in roma.
¶Insubres olim: & nunc lombardi.
¶Lucania: hodie pars calabrie.

¶Sipontina ciuitas: mons garganus antiquitus
¶Rubicon olim. nunc pisatelus.
¶Cenomani: nunc brixenses.
¶Forum: nunc ferraria.
¶Mediolanum. nunc milan.
¶Comum nunc:
¶Forum cornelii: nunc imola:
¶Fluentia: nuncflorencia
¶Parthenope nunc neapolis:
¶Patauium padua
¶Centū celensis. nunc ciuitas uetus
¶Idruntum o tranto. &c.

¶In retia: bauaria: pannonia: norico: dalmatia.

¶Taxegetium rothil.
¶Drusomagus: kempten.
¶Artobriga: nunc ratispona.
¶Dacodurum: patauia.
¶Vacorium: uillacum.
¶Virunnum: indenburck.
¶Viliobona: uienna.
¶Sauaria: gretz
¶Murecla. moreck.
¶Volentium: pachelburck.
¶Tentoburgium: quinqꝫ ecclesie.
¶Taururmo. krichisch. vueisenburck.
¶Epidaurus: nunc ragusia.

¶In grecia.

¶Bisantium. nunc constantinopolis
¶Motone. nunc modon.
¶Corone. nunc coron in morea
¶Philipolis trimontium. & andranopolis
¶Calcis seu euboea: nunc nigroponte.
¶Eraclia. lacera.
¶Pegasos. larmuro.
¶Tessalonica salonic.
¶Caretusa lastroloma.
¶Neapolis leceropoli.
¶Abdera. sperosa.
¶Sextos cabo de cardia.
¶Creta. candia
¶Candacum. candia.
¶Serandopolis. nunc seria.
¶Corcira in epiro insula. nunc corfu.
¶Aphipolis. nunc angelus sanctus.
¶Leucas hodie lomomont.
¶Itaca. hodie dicitur ualde cõpare.
¶Cefalonica ubi est mons. leo dicitur scopulus sancti symeonis.
¶Strophades. stunfaria insula dicitur.
¶Melos insula. mileta.
¶Bulis la uelona.
¶Egeum mare. alçapielago.

auctores praestantiores in geographia
ptolomeus
plinius
Solinus
Strabo
pius.
ponponius mella ceteris brevior et uberior q[uam] ea q[uae] alii in prolixioribus libris conscripsere sub tribus libellis amplectitur.

POMPONII MELLE COSMOGRAPHI DE SITV ORBIS. LIBER PRIMVS.

PROHEMIVM

ORBIS SITVM DICERE aggredior impeditũ opus & facundie minime capax. Cõſtat enim fere gẽtium locorum. q; nominibus &eorũ ꝑplexo ſatis ordine: quẽ perſequi longa eſt magis q̃ benigna materia. Verum aſpici tamen cognoſciq; digniſſimũ: & quod ſi non ope ingenii orantis: at ipſa ſui cõtẽplatione pretium operé attendentiũ abſoluat. Dicã aũt alias plura & exactius. Nũc aũt ut queq; erunt clariſſima & ſtrictim. ac primo quidẽ que ſit forma totius: que maxime partes. quo ſingule modo ſint utq; habitentur expediam. Deinde rurſus oras omniũ & littora ut intra extraq; ſũt. atq; ut ea ſubit ac circũluit pelagus: additis que in natura regionũ incolarũq; memorãda ſunt. Id quo facilius ſciri poſſit atq; accipi: paulo altius ſũma repetetur.

MVNDI IN QVATVOR PARTES DIVISIO.

OMne igitur hoc quicquid est: cui mūdi cœliq; nomē indidimus: unum id est & uno ambitu se cūctaq; amplectitur: ptib⁹ differt. Vnde sol oritur: oriēs nuncupatur: aut ortus. quo demergitur: occidens uel occasus. qua decurrit: meridies ab aduersa parte: septentrio. huic medio terra sublimis cingitur undiq; mari: eadēq; in duo latera: que hemispheria nominātur: ab oriēte diuisa ad occasum zonis quinq; distinguitur. mediā estus infestat frigus. ultimas. Relique habitabiles paria agūt anni tempora: uerū non pariter. Antichthones alterā. nos alterā incolimus. Illi⁹ situs ob ardorem intercedētis plage incognitus. huius dicēdus est. Hec ergo ab ortu porrecta ad occasū: & quia sic iacet aliquanto q̄ ubi latissima est: lōgior ambitur omnis oceano: quattuorq; ex eo maria recipit. Vnum a septentrione. a meridie duo quartum ab occasu. Suis locis illa referēt. Hoc primū angustum nec amplius decē millib⁹ passuum patens terras aperit atq; intrat. Tum longe lateq; diffusum abigit uaste cedentia littora: iisdēq; ex diuerso prope coeūtib⁹ adeo in arctū agit: ut minus mille passib⁹ pateat. Inde se rursus: sed modice admodū laxat: rursusq; etiā q̄ fuit: arctius exit in spaciū. Quo cū est acceptū ingens iterū & magno & paludi ceterū exiguo ore cōiungitur. Id omne qua uenit: quaq; dispergit

Hemisphærium.

zone quinq;

Antichthones.

Quattuor ex oceano maria.

uno uocabulo nostrũ mare dicit. Angustias in
troitũ q̃ uenie͂tis nos fretũ. greci porthmon ap
pellant. Quã diffũditur alia alijs locis cognõia
acceptat. Vbi primũ se coarctat: hellespõtus uo
catur. Propõtis: ubi expãdit. Vbi iterũ pressit
thraci⁹ bosphorus. Vbi iterũ effundit: põt⁹ Eu
xinus. Qua paludi cõmittitur cimmerius bos
phorus. palus ipsa mæotis. Hoc mari & duob⁹
inclytis ãnibus Tanai & Nilo in tres partes uni
uersũ diuiditur. Tanais a septẽtrione ad meri-
diẽ uergẽs in mediã fere mæotidã defluit: & ex
diuerso Nilus in pelagus. Quod terrarũ iacet
a freto ad ea flumina ab altero latere Africã uoca
mus. ab altero Europen. ad Nilũ Africã. ad Ta-
nain Europen. Vltra quicquid est: Asia est.

Nr̃m mare. Fretum. Hellespõt⁹. Propontis. Bosphorus Thracius. Põt⁹ Euxi. Cimerius. Bosphorus. meotis pal⁹. Tanais flu. Tres orbis partes. Africa. Europa.

Summa Asiæ descriptio.

¶ Trib⁹ hãc e ptib⁹ tãgit oceanus ita nõib⁹ ut
locis differẽs. Eous ab oriẽte. a meridie indic⁹.
a septẽtrione scythicus. Ipsa ingẽti ac perpetua
frõte uersa ad oriẽtẽ tãtũ ibi se in latitudinẽ ef-
fũdit: quãtũ Europe & africa: & q̃d inter ãbas
pelag⁹ imissũ ẽ. Inde cũ aliquaten⁹ solida ꝓces
sit ex illo oceano quẽ indicũ dixim⁹ arabicũ ma
re & persicũ: ex cythico caspiũ recipit: & ideo q̃
recipit angustior. Rursus expanditur & fit tã
lata q̃ fuerat. Deinde cum iam in suum finẽ alia
rũq̃ terrarũ cõfinia deuenit: media nr̃is æquo-

Eous oceanus. Indicus. Scythicus. Mare ara. Mare pŝicũ. Mare caspium. Asie fines.

ribus excipitur. reliqua altero cornu pergit ad Nilum altero ad Tanain. Ora eius cum alueo. Nili amnis ripis descendit in pelagus: & diu sicut illud incedit: ita sua littora porrigit. Deinde fit uenienti obuiam: & primũ se ingenti ambitu incuruat. post se ingenti fronte ad hellesponticum fretum extendit. ab eo iterum obliquat ad bosphorum: iterumqꝫ ad ponticum latus curua aditum meotidos transuerso margine attingit. Ipsa gremio ad Tanain usqꝫ complexa fit ripa: quã Tanais est. In ea primos hominũ accipimus ab oriente Indos & Seres & Scythas. Seres media ferme eoe partis incolunt. Indi ultima, ambo late patentes: neqꝫ in hoc tantũ pelagus effusi. Spectant enim etiam meridiem Indi: oramqꝫ indici maris: nisi ꝙ estus inhabitabilem efficiũt: diu continuis gentibus occupãt. Spectant & septẽtrionem Scythe: ac littus scythicum. Nisi unde frigoribus arcẽtur: usqꝫ ad caspium sinũ possident. Indis proxima est Ariadne. Deinde aria & cedrosis & persis ad sinum persicum. Hunc populi persarum ambiunt. illum alterum arabes. Ab ijs: quod in africam restat: ethiopum est. Illic caspiani scythis proximi sinum caspium cingunt. Vltra Amazones: ultraqꝫ eas hyperborei esse memorantur. Interiora terrarum multe uarieqꝫ gentes habitãt gã-

De asie ppr.
Seres.
Indi.
Sine
Scythe.
Ariadne.
Aria
Cedrosis.
Persis.
Caspiani.
Amazones
Hypborei.
Varij asie populi.

dari:& pariani:& bactri, susiani. pharmacotro
phi. bomarei. coamani. rophanes. dachæ. Sup
scythas scytharũq; deserta: ac super caspium si-
num Comari Massagetæ. Cadusi. Hircani. Hi
beri. Super amazonas & Hyperborcos Cimme
rij. Scythæ. Antiachæ. Georgili. Moschi. Cor-
sitæ. Phoristæ. Riphaces. atq; ubi in nostra ma
ria tractus excedit. Mari. Antibarani & notio-
ra iam noĩa Medi. Armenij. Comageni. Murra
ni. uegeti. Cappadoces, græci. lycaones. phry-
ges. Persæ. Isauri. Lydi Syrocilices. Rursus ex
ijs: quæ meridiem spectant: cædẽq; gentes in-
teriora littora usq; ad sinũ persicum. Sup hũc
sunt Parthi & Assyrij. Super illum alterũ Babi
lonij. Et super Aethiopas egypti ripis Nili am
nis & mari proxima ijdem Aegyptij possident.
Deinde arabia angusta frõte sequẽtia littora at
tingit. Ab ea usq; ad flexũ illũ: quẽ supra rettu
limus. Syria. & in ipso flexu Cilicia. extra autẽ
Lycia & Pamphilia. Caria. Ionia. Aeolis Troas
usq; ad hellespõtũ. Ab eo bithyni sunt ad thra-
ciũ bosphorũ. Circa pontũ aliquot populi alio
alioq; fine. oẽs uno noĩe pontici dicũtur. ad la-
cum Mæotici. ad tanain Sauromatæ.

Variorum asiæ populorũ noĩa.

Arabia.

Syria

Cilicia

Lycia.

Troas.

Bithyni

Pontici

Meotici.

Sauromatę

¶ Summa Europæ descriptio.

EVropa terminos habet ab oriẽte Ta
nain & mæotida & pontũ. a meridie

reliq̃ nr̃i maris. ab occidẽte atlãticũ: a septẽtrio
ne Britãnicũ oceanũ. Ora ei⁹ forma littorũ. Ta
nai ad hellespõtũ. q̃ ripa ẽ dicti ãnis q̃ flexũ palu
dis ad põticũ redigit q̃ ꝓpõtidi & hellespõto la
tere adiacet cõtrarijs littorib⁹ asiæ nõ opposita
mõ: uerũ etiã simil' ẽ. Inde ad fretũ nũc uaste re
tracta: nũc ꝓminẽs tres maxios sin⁹ efficit: toti
dẽq; i altũ se magnis frõtib⁹ euehit. Extra fretũ
ad occidẽtẽ iæq̃lis admodũ p̃cipue media q̃ ꝓ
currit ad septẽtrionẽ: nisi ubi semel iterũq; grã

aegeũ mare
Ionium
Adriaticũ
Tyrrhenũ.
Scythia
Europe.
Tracia
Macedonia
Grecia
Illyris
Italia
Gallia
Hispania
Germani.
Sarmate.

di r̃cessu abducit: pene ut directo limite extẽta
ẽ. Mare qđ primo sinu accipit Aegeũ dicit'. Qđ
sequẽti i ore Ioniũ. Adriaticũ iteri⁹. Qđ ultio
nos tuscũ qđ graij tyrrhenũ ꝑhibẽt. Gẽtiũ pri
ma ẽ Scythia alia q̃ dicta ẽ: a tanai media ferme
põtici lateris. Hĩc i ægei ptẽ cõtinẽs thraciæ ac
macedoniæ adiũgit'. Tũ græcia ꝓminet Aegeũ
q; ab Ionio mari dirimit. Adriatici latus Illyris
occupat ĩter ipsũ adriaticũ & tuscũ Italia ꝑcur
rit. In tusco ĩtimo gallia ẽ. Vltra hispania ẽ. hæc
i occidẽtẽ deniq; etiã ad septẽtrionẽ diuers' frõ
tib⁹ uergit. Deinde rursus gallia est longe & a
nr̃is littoribus hucusq; promissa. Ab ea Germa
ni ad Sarmatas porrigũtur. Illi ad Asiam.
Hæc de Europa.

Sũma Aphricæ descriptio

¶ Africa ab oriẽtis pte nilo terminata: pelago
a cæteris: breuior ẽ qdẽ q̃ Europa: quia nec usq̃
Asiæ & nõ totis hui⁹ littorib⁹ obtẽdit. Lõgior

tñ ipsa q̃ latior: & quã ad fluuiũ attingit latissi-
ma. Vtq; ide pcedit: ita media pcipue i iuga ex-
urgẽs pgit i curua ad occasũ: fastigiatq; se mol-
liter: & ideo ex spacio paulati adductior. Vbi fi
nit: ibi maxie angusta ẽ. Quãtũ incolit eximie
fertil. Verũ q plæraq; ei9 iculta: & aut harenis
sterilib9 obducta: aut ob siti cæli terrarũq; des
ta sũt: aut infestãt multo ac malefico genere aĩa
liũ: uasta ẽ magis q̃ freqns. Mare quo cingit a
septẽtriõe libycũ, a meridie æthiopicũ. ab occi
dẽte atlãticũ dicim9. Ab ea pte: q̃ libyco adiacet
pxima nilo puĩcia: quã Cyrenas uocãt. Deinde
cui toti9 regiõis uocabulo cognomẽ iditũ ẽ: A-
frica. Cætera Numide & Mauri tenẽt. sed mau
ri i atlãticũ pelag9 expositi. Vltra nigritæ sũt &
pharusij usq; ad æthiopas. Hi & reliq̃ hui9 & to
tũ lat9: qđ meridiẽ spectat: usq; in asiæ cõfinia
possidet. At sup ea: q̃ libyco mari abluũt libyes
ægyptij sũt: & Leucoæthiopes & natio freqns
mltiplexq; getuli. deide late uacat regio ppetuo
tractu ihabitabil. Tũ primos ab oriẽte garamã
ttas. post augilas & troglodytas & ultios ad oc-
casum atlãtas audimus. Intra si credere libet:
uix iam homines magisq; semiferi egypanes &
blemmye & gamphasantes & satyri sine tectis
passim ac sedibus uagi habent potius terras: q̃
habitent. Hæc sũma nostri orbis. hæ maxiæ p-

Lybicum
Aethipicũ.
Atlãticum.
Cyrene.
Africa
Numide.
Mauri
Nigrite
Libyes.
ægyptij.
Leucoethi-
opes.
Getuli
Garamãtes
Augile
Troglody-
te. Atlãtes
Aegypanes
Blemmye
gãphasãtes
Satyri.

tes. hæ formæ gentesq; partiũ. Nunc exactius
oras situsq; dicturo inde est cõmodissimũ inci-
pere: unde terras nostrũ pelagus ĩgredit. Et ab
ijs potissimũ: quæ influenti dextra sunt. Dein-
de stringere littora ordine: quo iacent: peragra
tisq; oĩbus quæ mare attingunt: legere etiã illa:
quæ cingit oceanus: donec cursus incepti ope-
ris intra extraq; circũuectus orbem: illuc, unde
cœperit: redeat.

Particularis Aphrice descriptio.

Dictum est atlanticũ esse oceanũ: q ter
ras ab occidente cõtingeret. hinc in
nostrũ mare pgentibus læua hispa-
nia. Mauritania dextra est. Primæ ptes illæ Eu
ropæ. hæ africæ. Eius oræ finis. Muluca. caput
atq; exordium est promõtoriũ: quod græci am
pelusian: afri aliter sed idem significante uoca-
bulo appellant. In eo est specus herculi sacer: &
ultra specũ Tinge oppidũ peruetus ab Antæo
(ut ferunt) cõditum. Extat rei signũ parma ele
phantino tergore execto ingens: & ob magnitu
dinẽ nulli nunc usuro habilis: quã locorũ acco
læ ab illo gestatam pro uero habent traduntq;:
& inde eximie colũt. Deinde est mons præaltus
ei quẽ ex aduerso hispania attollit obiect⁹. hũc
abylam. illum calpen uocãt: colũnas Herculis
utrunq;. Addit fama nominis fabulam Hercu-

Muluca fluuius.
Ampelusia pmõtoriũ.
Specus. Herculis
Tinge.
Antei monumentũ.
abyla. calpe Herculis. columne.

lē ipm̄ iunctos olim ꝑpetuo iugo diremisse col
les: atq̃ ita exclusū antea mole montiū oceanū:
ad q̄ nunc inundat admissū. Hinc iā mare lati⁹
fūdit: sūmotasq̃ uastius terras magno impetu
inflectit. Cæterū regio ignobilis: & uix quicq̄
illustre sortita: paruis oppidis habitat̄. ꝑua flu
mina emittit: solo q̄ uiris melior: & segnitie gē
tis obscura. Ex iis tn̄: quæ cōmemorare non pi
get. Mōtes sunt alti: qui cōtinēter & quasi de i-
dustria in ordinē expositi ob numerū septē: ob
similitudinē fratres uocāt̄. Tū uada fluuius: &
rusigada & siga paruæ urbes: & portus: cui ma
gno ē cognomē ob spaciū. Muluca ille: quē di-
xim⁹: amnis est ingentiū olim regnorū termi-
n⁹ Bocchi Iugurthæq̃. ¶ Ab eo Numidia ad ri
pas exposita fluminis amplagi: spacio quidem q̄
Mauritania angustior est: Verū & culta magis
& ditior. Vrbiū: quas habet maximæ sunt Cyr-
tha ꝓcul a mari: nūc sycianorū colonia quōdā
regū dom⁹ Iubæ & Siphacis: cū foret opulētis
sima. Iol ad mare aliquādo ignobilis: nūc quia
Iubæ regia fuit & q̄ cæsarea uocitatur illustris
Citra hāc (nam in medio ferme littore sita est)
Cartenna & Arsinna sūt oppida & ampsa castel-
lū & Laturus sinus & sardabale fluuius. Vltra
monumētum cōe regiæ gētis. Deinde Icosiū &
uthisia urbes. effluētes inter eas Ancus & Na-

Septē mōtes.
Fratres appellati
Vada fluuius.
Rusigada
Siga.
Muluca
Numidia
Ampsagus.
Cyrtha.
Iola.
Cæsarea
Cartinna.
Arsinna
Ampsa
Latur⁹ sin⁹
Sardabale.
Icosium
Anc⁹. nbar

bar:aliaq; q̃ taceri nullũ rer famæue dispẽdiũ ẽ. Interiꝰ & lõge satis a littore (si fidẽ res capit) mirũ ad modũ: spinæ pisciũ. muricũ ostreorũq; fragmẽta: saxa attrita (uti solent) fluctibꝰ & nõ differẽtia: marinis infixæ cautibꝰ anchoræ: Alia & huiusmodi signa atq; uestigia effusi olĩ usq; ad ea loca pelagi ĩ cãpis nihil alẽtibꝰ eẽ ĩueniriq; narrãt. ¶ Regio quæ seq̃t a promõtorio Metagonio ad aras philenor ꝑprie nomẽ Africæ usurpat. In ea sunt oppida hipporegiꝰ & Rusicade & Tabraca. Deĩde tria ꝑmõtoria. cãdidũ apollinis. mercurij uaste ꝓiecta ĩ altũ duos grãdes sinus efficiũt hipponẽsẽ uocant ꝓximũ ab hipponediarico: q̃d littori eiꝰ appositũ ẽ. In altero sũt castra lælia. castra cornelia. flumẽ Bragada. Vtica: & Carthago. ãbæ ĩclitæ: ambæ a phœnicibꝰ cõditæ: Illa fato Catonis insignis. hæc suo: nũc ꝑpl'i romani colonia: olĩ ĩperij eiꝰ ꝑtinax æmula. Iã q̃dẽ iterũ opulẽta: etiã nũc tã priorũ excidio rer q̃ ope ꝑsẽtiũ clarior. Hadrumẽtũ. Leptis. Clupea. Habromacte. Phyre. Neapolis hinc ad syrtim adiacẽt: ut iter ignobilia celeberrimæ. Syrti sinꝰ ẽ: cẽtũ fere milia passuum q̃ mare accipit patẽs: trecẽta q̃ cingit. Verũ ĩportuosus atq; atrox: & ob uadorũ freq̃ẽtiũ breuia magisq; etiã ob alternos motꝰ pelagi affluẽtis & refluẽtis infestꝰ. Sup hũc ingẽs palꝰ amnẽ Tritona ĩcipit. ipsa: Tritonis. Vñ & Mi

Quæ propria africa.
hipporegiꝰ
Rusicade
Tabraca.
Hipponensis sinus.
Lelia castra
Cornelia castra.
Bragada fluuius.
Vtica.
Carthago.
Hadrumẽtũ.
Leptis.
Clupea.
Habromacte.
Phyre
Neapolis.
Syrtis
Triton flu.

neruæ cognomē īditū ē: ut īcolæ arbitrant̄ ibi
genitæ: faciūtq; ei fabulæ aliquā fidē q̄ quē na-
talē ei⁹ putāt: ludicris uirginū īter se decertāti
um celebrāt. Vltra ē Oza oppidū & cinyps flu-
ui⁹ p uberrima arua decidēs. Tū leptis altera &
syrtis noīe atq; īgenio par priori. Cæteꝝ altero
fere spacio q̄ dehiscit: q̄q; flexū agit: āplior. Ei⁹
pmōtoriū ē Boriō: ab eoq; īcipiēs ora quā Loto
phagi tenuisse dicūt̄ usq; ad phicūta: & id pmō
toriū ē īportuoso littore ptinax. Are ipse nomē
ex philenis fratrib⁹ traxere: q cōtra cyrenaicos
missi Carthagine ad dirimēdū cōditiōe bellum
diu iā de finib⁹ & cū magnis amborū cladibus
gestū: postq̄ ī eo qd cōuenerat non manebat: ut
ubi legati cōcurrerāt certo tpe utrimq; dimissi
ibi termini statuerēt: pacti de ītegro ut qcqd ci
tra esset: popularib⁹ cederet: mirū & memoria
dignissimū facin⁹ hic se uiuos obrui ptulerūt
Inde ad catabatmū cyrenaica puincia est in eaq;
sūt Hāmonis oraculū fidei inclite: & fons: quē
solis apellāt: & rupes q̄dā austro sacra. Hec cū
hominū manu attingit̄ ille īmodicus exurgit:
harenasq; q̄si maria agēs sic seuit: ut equor flu-
ctibus. fons media nocte feruet: mox & paula-
tim tepescens fit luce frigid⁹: tūc ut sol surgit
ita frigidior. subīde per meridiē maxime riget
sumit deinde tepores iterū & prima nocte cali-

Tritonis palus
Vbi genita Minerua
Oza
Cinyps flu.
altera syrtis
Boriō pmō torium.
Lotophagi
Phicō pmō torium.
Are phielnorū unde.
Cyrenaica puincia.
Hāmonis oraculum
Fons solis
Rupes austro sacra.
Mira fōtis natura.

zephyriõ ꝓmontoriũ. Paretonius portus Hesperia. appollonia. Ptolemais. Arsinoe Cyrene. catabatmos Mapalia

dus:atq; ut illa procedit:ita calidior.rursus cũ
est media perferuet. In littore promontoria sũt
zephyrion. & naustathmos:portus paretonius
Vrbes. Hesperia. Apollonia. Ptolemais. Arsi-
noe.atq; unde terris nomẽ est:ipsa Cyrene. Ca-
tabatmos uallis deuexa in ægyptũ finit africã:
Oræ sic habitãtur ad nostrũ maxime ritũ mo-
ratis cultoribꝰ:nisi q̄ quidã linguis differunt
& cultu deorũ quos patrios seruant ac patrio
more uenerãtur. Proximis nullæ quidẽ urbes
stãt. tamen domicilia sunt:quæ Mapalia appel
lãtur. uictus asper & mũdicijs carẽs. primores
sagis uelantur uulgus bestiarũ pecudũq; pelli-
bus humi quies epulæq; capiũtur: Vasa ligno
fiunt aut cortice. potus est lac succusq; bacca-
rum. cibus est caro plurimũ ferina. Nã gregi-
bus(quia id solum optimũ est)quoad potest:

Asperi populorũ mores.

parcitur. Interiores etiã incultius. sequũt uagi
pecora:utq; a pabulo ducta sunt:ita se ac tugu-
ria sua promouent atq; ubi dies deficit:ibi no-
ctẽ agũt. quãq̃ ĩ familias passim & sine lege dis
psi:nihil ĩ cõe cõsultãt: tñ quia singul' aliquot
simul coniuges:& plures ob id liberi agnatiq;
sũt nusq̃ pauci. Ex his qui ultra deserta esse me-

Atlantes

morant:atlãtes solẽ execrant:& dum oritur &
dum occidit ut ipsis agrisq; pestiferum. Nomi
na singuli non habent. non uescuntur aĩalibus

neq; illis in quiete qualia ceteris mortalibus ui
sere datur. Troglodyte nullarũ opum domini
strident magis q̃ loquũtur. specus subeunt alũ
turq; serpentibus. Apud garamantas etiã armẽ
ta sunt ea: que obliqua ceruice pascũtur. Nam
pronis directa in humũ cornua officiũt. Nulli
certa uxor est. Ex his qui tam cõfuso parẽtũ coi
tu passim incertiq; nascũtur: quos pro suis co
lant: forme similitudine agnoscũt. Augile ma
nes tantũ deos putant. per eos deierant eos ut
oracula cõsulunt: precatiq; que uolunt: ubi tu
mulos incubuere: pro respõsis ferunt somnia.
Foeminis eorũ solemne est nocte: qua nubunt
omniũ stupro patere: qui cum munere aduene
rint: & tum cum plurimis cõcubuisse maximũ
decus: in reliquum pudicitia ĩsignis est. Nudi
sũt Gãphasantes: armorũq; omniũ ignari: nec
uitare sciunt tela nec iacere: ideoq; obuios fugi
unt. neq; aliorum q̃ quibus idem ingenij e: aut
congressus aut colloquia patiuntur. Blemmijs
capita absunt. uultus in pectore est. Satyris p̃
ter effigiem nihil humani. Aegypanum que ce
lebratur ea forma est. Hec de africa.

troglodyte
Garamãtes
Augile
gãphasãtes
Blemmye
Satyri.
Aegypanes

a Siæ prima pars Aegyptus inter cata
batmon & arabas ab hoc littore peni
tus immissa donec etiopiã dorso cõ
tingat ad meridiẽ refugit terra expers imbriũ

Asie d'scriptio particularis.
Aegyptus.

mire tñ fertil' & hoím aliorũq; aialiũ pfœcunda

Nilus

generatrix: Nilꝰ efficit ãniũ ĩ nrm mare pmeã-
tiũ maximꝰ: Hic ex defertis africe missꝰ nec stati
nauigari facil' nec stati nilꝰ ẽ: & cũ diu síplex sæ-
usq; descẽdit circa Meroẽ late patẽtẽ ĩsulã ĩ ethi-

Meroe

opiã diffũdit: alteraq; ex pte astabores altera a-
stape dictꝰ ẽ. ubi rursꝰ coit: ibi nomẽ hoc capit
Inde pti asper pti nauigia patiẽs ĩ ĩmanẽ lacũ de-
uenit: ex quo pcipiti ĩpetu egressꝰ & taleso alte-
rã ĩsulã ãplexꝰ usq; ad elephãtidẽ urbẽ ægyptiã

Talensos.

atrox adhuc: feruẽsq; decurrit. Tũ demũ placi-
dior & iã pene nauigabil': primũ iuxta certasoꝝ
oppidũ triplex eẽ ĩcipit. Deĩde iterũq; diuisꝰ ad

Certasorũ oppidum

Delta. Mef

Deltã & ad Mefin it per oẽm ægyptũ uagꝰ atq;
dispsꝰ septẽq; ĩ ora se scindẽs singul' tñ grandis
euoluit. Nõ perrat ãt tãtũ eã: sed æstiuo sydere
exũdãs etiã irrigat: adeo efficacibꝰ aqs ad gene-
rãdũ alẽdũq; ut pter id q scatet piscibꝰ. q hyp-
popotamos crocodilosq; uastas belluas gignit
glebis etiam infundat animas: ex ipsaq; humo
uitalia effingat. hoc eo manifestum est q ubi se
dauit diluuia: ac se sibi reddidit: per humentes

Hyppopotami.

Crocodili.

campos quædam nondũ perfecta animalia: sed
tum primum accipientia spiritũ: & ex parte iã
formata ex pte adhuc terrea uisũt. Crescit porro

Cur Nilus crescat

siue q solutæ magnis æstibꝰ niues ex ĩmanibꝰ
æthiopiæ iugis largiꝰ q̃ ripis accipi qant: deflu-
unt: siue q sol hyeme terris ppior & ob id fõtẽ

ei⁹ minuẽs tũc alti⁹ abit: finitq̃ ĩtegrũ: & ut ẽ
plenissim⁹: surgere: siue q̃ p ea tpa flãtes æthe-
siæ aut actas a septẽtrione ĩ meridiẽ nubes sup
prĩcipia ei⁹ ĩbre ꝑcipitãt: aut ueniẽti obuiæ ad
uerso spũ cursũ descẽdẽtis ĩpediũt aut harenis:
q̃s cũ fluctib⁹ littori applicãt: ostia obducũt:
fitq̃ maior uł q̃ nihil ex semet amittit: uł q̃ pl⁹
q̃ solet accipit: uel q̃ min⁹ q̃ debet emittit. Qđ
si ẽ alter orbis sũtq̃ oppositi nobis a meridie an
tiehothones: ne illud qdẽ a uero nimiũ abscesse
rit, ĩ illł terris ortũ amnẽ: ubi subter maria ceco
alueo penetrauerit: ĩ nr̃is rurs⁹ emergere & hac
re solstitio accrescere: q̃ tũ hyems fit: unde orit

antiehothones.

Alia quoq̃ in his terris mira sũt. In quodã lacu
chẽnis ĩsula lucos siluasq̃ & Apollinis grãde su
stinẽs tẽplũ natat & quocũq̃ uẽti agũt pellitur
Pyramides tricenũ pedũ lapidib⁹ extructæ q̃-
rũ maxĩa. tres nãq̃ sũt, q̃ttuor fere soli iugera q̃
sede occupat: totidẽ ĩ altitudinẽ erigit. Mœris
aliqñ cãp⁹ nũc lac⁹ uiginti millia passuũ ĩ cir-
cuitu patẽs: altior q̃ ad nauigãdũ magnis onu-
stisq̃ nauib⁹ satis ẽ. Psammetici op⁹ labyrĩth⁹
domos mille & regias duodecĩ ꝑpetuo parietis
ambitu ãplex⁹ marmore extruct⁹ ac tect⁹ unũ
ĩ se descẽsũ habet: int⁹ pene ĩnumerabiles uias
multis ambagibus huc & illuc remeantibus:
sed continuo anfractu & sæpe reuocatis portici
bus ancipites: q̃bus subinde aliũ sup alios orbẽ
agentibus: & subinde tãtum redeunte flexu q̃n

Que in egypto mira.
Chemnis
Mirum
Pyramides
Mœris lacus.
Labyrĩth⁹

tum processerat: magno & inexplicabili tamē
errore perplexus est. Cultores regionum mul-
torum aliter a ceteris agūt. mortuos fimo obli-
ti plangunt. nec cremare aut fodere fas putant
uerum arte medicatos ītra penetralia collocāt

Aegyptiorū mores.

Suis litteris peruerse utūtur. Lutum inter ma
nus. farinam calcibus subigunt. Forum ac ne-
gocia fœmine. uiri pensa ac domos curāt. one-
ra ille humeris. hi capitibus accipiunt. paren
tes cum egent illis necesse est: his liberum est
alere. cibos palam & extra sua tecta capiunt. ob
cena intimis edium reddūt. colūt effigies mul
torum animalium atq; ipsa magis animalia sed
alij alia: adeo ut quedam eorum etiā per impru
dentiam interemisse capitale sit: & ubi morbo
aut forte extincta sint sepelire ac lugere solem-
ne sit. Apis populorū omnium numen est. Bos
niger certis maculis insignis: & cauda linguaq;
dissimilis aliorum raro nascitur nec coitu peco
ris (ut aiunt) sed diuinitus & celesti igne conce
ptus: diesq; quo gignitur genti maxime festus
est.

Apis ægyptiorū numen.

Ipsi uetustissimi: ut predicant: hominū tre
centos & triginta reges ante Amasim: & supra
tredecim millium annorum etates certis anna
libus referunt: mandatumq; litteris seruāt: dū
egyptij sunt quater cursus suos uertisse sydera
ac solem bis iam occidisse: unde nunc oritur. ui

ægyptij hominū uetustissimi.

Amasis.

ginti millia urbium Amasi regnante habitarũt & nunc multas habitant. Earum clarissimæ p̄cul a mari. Says. Memphis. Syene. Bubastis. Elephantis. & Thebe utiq; (ut homero dictũ ē) centum portas: siue (ut alij aiunt) centum aulas habent: totidem olim principum domos: solitasq; singulas ubi negotium exegerat: dena armatorum millia effundere. In littore Alexãdria africæ cõtermina. Pelusium arabiæ ipsas oras secat. Canopicum. Volbiticum. Sebeniticum. Pathameticum. Mendesium. Cataptiscum. Pelusiacum nili ostia.

Aegypti urbes.

Homerus.

Alexandria

Nili hostia

¶ Arabia hinc ad rubrum mare pertinet sed illic magis læta & ditior: thure atq; odoribꝰ abũdat. hic nisi qua Casio mõte attollitur: plana & sterilis portum admittit Azotum suarũ mercium emporium. Qua in altum abit: adeo edita ut ex summo uertice a quarta uigilia ortum solis ostendat.

Arabia

Casiꝰ mõs.

Azotꝰ portus.

¶ Syria late littora tenet terrasq; etiam latius introrsus alijs alijsq; nuncupata noĩbus. Nã & cœle dicitur: & mesopotamia: & damascene: & adiabene: & babylonia: & iudea & cosophene. palestina est: qua tangit arabas cũ phœnice: & ubi se ciliciæ committit, Antiochia olim ac diu potens: sed cũ eam regno Semiramis tenuit lõge potentissima. opibus certe eiꝰ insignia mul

Syria.

Varia syrie nomina.

Palestina.

Antiochia.

Semiramis

b

ta sunt. duo maxime excellunt. cōstituta urbs miræ magnitudinis Babylon: ac siccis olim regionibus Euphrates & Tygris immissi. Cæterum in Palæstina est ingens & munita admodū Gaza: sic Persæ ærariū uocāt: & inde nomē est: q̄ cū Cābyses armis ægyptū peteret: huc belli & opes & pecuniā intulerat. Est nō minor Ascalon. Est Iope ant diluuiū: ut ferūt: condita: ubi Cephea regnasse eo signo acolæ affirmant: q̄ titulum eius fratrisq; phinei: ueteres quædā aræ cum religione plurima retinēt. quin etiam rei celebratæ carminib⁹ ac fabulis seruatæq; a Perseo Andromedæ clarum uestigium belluæ marinæ ossa immania ostentant.

¶ Pœnicen illustrauere Phœnices solers hominū genus: & ad belli pacisq; munia eximium: litteras & litterarum operas: aliasq; etiā artes. maria nauibus adire. classe confligere. imperitare gentibus regnum præliumq; cōmenti. In ea est Tyros aliquando insula nunc annexa terris defecit: q̄ ab impugnante quondā Alexādro iacta opera uici tenent ulteriora. Et adhuc opulenta Sydon anteq̄ a Persis caperetur maritimarū urbium maxima. Ab ea ad promontoriū euprosopō duo sūt oppida bubos & bactros. Vltra tria fuerunt singulis inter se stadijs distantia locus ex numero tripolis dicitur. Tū smyrna castel-

Babylon.
Gaza urbs.
Cambyses.
ascalō. Iope
Cepheus.
Phineus.
Perseus.
ādromeda.
Phœnice
Phœnicū īuenta egregia.
Tyros
Alexander.
Sydon
Euprosopō pmōtoriū.
Bubos.
Bactros.
Tripolis unde
Smyrna.

lum & urbs nō obscura marathos. Inde iam nō obliqua pelago: sed aduersa adiacens a terra grā dem sinum inflexo tractu littoris accipit. popu li dites circūsident. situs efficit: quia regio fer tilis crebris & nauigabilibus alueis fluminū per uia: diuersas opes maris atq; terrarum facili cō mertio permutat ac miscet. In eo prima est reli qua pars syriæ: cui antiochiæ cognomen addi tur. & in ora eius urbes Seleutia. hyppatos. be rytos. laodicea. arados. amnesq; inter eas eunt li chos & hyppatos & orrontes. Tum mons ama nus: & ab eo statim mariandros & Cilices.

Marathos. Antiochia. Antiochie urbes. Lichos Hyppatos. Orrontes

At in recessu intimo locus est magni aliquā do discriminis fusorum ab Alexandro persarū fugientisq; Darij spectator ac testis. Nunc ne minima quidem tūc ingenti urbe celebris issos fuit: & hac re sinus issicus dicitur. procul inde Amanodes promōtorium inter pyramum cyd numq; fluuios iacet. Pyramus isso ppior malō sen præterfluit. Cydnus ultra per tarsum exit. Deinde urbs est olim a rhodijs argiuisq; post piratis. Pompeio assignante possessa. nunc po peiopolis. tūc Soloe. Iuxta in puo tumulo Ara ti poete monumētū ideo referēdū: quia ignotū quā ob cām iacta in id saxa dissiliūt. Non lōge hinc corycos oppidū portu saloq; incingit an

Amanus. Cilices Alexander. Darius. Issos Issicus sin9 Amynodes pmotoriū. Pyramus Cydnus Pōpeiopol Arati mo numentū. Corycos.

Corycius ſpecus

guſto tergore continenti adnexum. Supra ſpe-
cus eſt noīe Corycius ſingulari īgenio ac ſupra
q̃ ut deſcribi facile poſſit: eximius. Grandi nāq;
hiatu patens montem littori appoſitum: & de-
cem ſtadiorum cliuo ſatis arduum ex ſūmo ſta
tim uertice aperit. Tunc alte demiſſus & quan-
tum demittitur amplior uiret lucis pubētibus
undiq; & totum ſe nemoroſo laterū orbe cōple-
ctitur adeo mirificus ac pulcher: ut mentes ac-
cedentium primo aſpectu conſternat: ubi cōtē
plati durauere non ſaciat. Vnus in eum deſcen-
ſus eſt anguſtus aſper quingentorū & mille paſ
ſuum per amœnas umbras & opaca ſiluæ quid-
dam agreſte reſonātis riuis hinc atq; illinc flui-
tantibus. Vbi ad ima peruētū eſt: rurſus ſpec⁹
alter aperitur ob alia dicendus. Terret ingredi-
entes ſonitu cymbalorum diuinitus & magno
fragore crepitantiū. Deinde aliquandiu perſpi
cuus: mox & quo magis ſubitur: obſcurior du-
cit auſos penit⁹ alteq; quaſi cuniculo admittit
Ibi ingens amnis ingenti fronte ſe extollens tā
tūmodo ſe oſtendit: & ubi magnū impetū bre-
ui alueo traxit: iterum demerſus abſcondit. In-
tra ſpacium eſt magis q̃ ut progredi quiſq̃ auſit
horribile & ideo incognitū. Totus autē angu-
ſtus & uere ſacer: habitariq; a dijs & dignus &
creditus. nihil non uenerabile & quaſi cum ali

Sſpecus alter.

Mira ſpec⁹ natura.

quo numine se ostentat. Alius ultra est: quē typhoneū uocāt ore angusto & multū ut experti tradidere: pressus & ob id assidua nocte suffus⁹ neq; unq̄ perspici facil. sed quia aliquādo cubile typhonis fuit: & quia nunc demissa in se con festim examinat natura fabulaq; inemorandus. Duo deinde promontoria sunt Sarpedon finis aliquādo regni sarpedonis: & quod ciliciā a pāphilia distinguit: anemuriū interq; ea cetandaris & natidos samiorum coloniæ sed cetāderis sarpedoni proprior. ℂIn pamphilia est Melas nauigabilis fluuius oppidum Sida: & alter fluuius Eurimedon. Magna apud eum Cymonis atheniensiū ducis aduersus phenicas & Persas naualis pugna atq; uictoria fuit. Mare: quo pugnatum ē: ex edito admodum colle prospectat asperidos: quam argiui cōdiderant: possedere finitimi. Deīde alij duo ualidissimi fluuij œstros & carathes. oestros nauigari facilis. hic quia se præcipitat ita dictus. Inter eos perga est oppidum: & dianæ: quam ab oppido pergeā uocant templū. Trans eosdē mons sardemisos & phaselis a mopso cōdita finis pamphiliæ. ℂLycia cōtinuo cognominata a lyco rege pandionis filio atq; ut ferunt infestata olim chymæræ ignib⁹ Sydæ portu & tauri promōtorio grandē sinū claudit. Taurus ipse ab eois littoribus exurgēs

Typhone⁹ specus

Cubile Typhonis.

Sarpedon & Anemurium ꝓmōtoria.

Cetādaris

Natidos.

Pāphilia.

Melas flu.

Sida. Eurymedon.

Cymō atheniensiū dux

Asperidos

Oestros & Carathes fluuij.

Perga.

diana. ꝑgea

Sardemisos mons.

Phaselis

Lycia unde

Chymera

Taur⁹ mōs

Tauri mõtis uaria nomina.
Lymira
Patara delubro.
Apollinis clara.
Xant⁹ flu.
Cragus.
Telmisos
Caria
Pedalion promontoriũ.
Gaunus.
Gelos.
Thyssamissa
Larumna
Pandi,

uaste satis attollitur. Deinde dextro latere ad se
ptentrionem sinistro ad meridiẽ uersus it in oc
cidentem rectus & perpetuo iugo magnarũq;
gẽtium qua dorsum agit; terminus. ubi terras
dirimit: exit in pelag⁹. Idẽ aũt & totus ut dict⁹
est: dicitur etiam qua spectat orientẽ. Deinde
hæmodes & caucasus & propanisus. Tum cas
piæ pilæ niphates & armeniæ pilæ: & ubi iam
nostra maria cõtingit taurus iterum. Post eius
promõtorium flumen est lymira: & eodẽ nomi
ne ciuitas: atq; ut multa oppida sic præter Pata
ram nõ illustria. Illam nobilẽ facit delubrũ A
pollinis quondã opibus & oraculi fide delphi
co simile. Vltra est xanthus flumẽ & xãthos op
pidum mõs cragus. & quæ lyciã finit: urbs tel
misos. ¶ Caria sequitur habitatur incertæ ori
ginis. alii indigenæ. sunt qui pelasgos. quidam
cretas existimant. genus usq; eo quondam ar
morũ pugnæq; amans: ut aliena etiã bella mer
cede agerent. Hic castella aliquot sunt. Deinde
promõtoria duo pedalion & citria: & secundũ
galbiã amnẽ: gaunus oppidum ualitudine ha
bitantium infame. Inde ad alicarnasson hæc ad
iacent: Rhodiorũ aliquot coloniæ. portus duo
gelos: & cui ex urbe quam amplectit thyssamis
sa cognomẽ est. Inter eos oppidũ larumna & pã
dion collis in mare emissus. Tum tres ex ordi

ne sinus Thymnias. Schenus Buseius Thymniæ promõtorium Aphrodisium est. Schenus ambit hydam. Bubessus cynotũ. Cydnus in cornu peninsulæ. Interq; eam & tetraticũ sinum ĩ recessu posita eutiana. Alicarnassos argiuorum colonia est & cur memorãda sit præter conditores: mausolæũ efficit regis mausoli monumentũ unũ de miraculis septẽ artemisiæ opꝰ. Trãs alicarnasson illa sunt: littus leuca. urbes myridos aryanda. neapolis: sinus iasus & basilicus. In iaso est barcilos. ¶ Post basilicum Ionia aliquot se ambagibus sinuat & primũ a possideo promõtorio inflexum inchoans cingit oraculũ apolinis dictum olim bramatiæ nunc dydimi. Miletum urbem quondã ioniæ totius belli pacisq; artibꝰ principem: patriam Thaletis astrologi & Timothei musici & Anaximandri physici: aliorumq; ciuium inclytis ingeniis merito inclytam: utcunq; Ioniam uocant: urbem hyppin amnis mæandri exitum. Latmum mõtem endymionis a luna (ut ferunt) adamati fabula nobilem. Deinde rursus inflexa cingit urbem prienen & gesi fluminis ostiũ moxq; ut maiore circuitu: ita plura cõplectit̃. Ibi est Panioniũ sacra regio: & ob id eo nõie appellata: ꝙ eã cõiter iones colunt: ibi a fugitiuis: ut aiunt: condita. nomen fame ãnuit phygeta. Ibi ephesus & dia-

Tres sinus
Tretraticꝰ sinus.
Eutiana
alicarnassꝰ
Mausoleũ
Vrbium q̃rũdã nõia
Sinus. Iasiꝰ & basilicꝰ.
Ionia.
Miletus
thales astrologus.
Timotheꝰ musicus.
Anaximander phisicꝰ
Hyppis.
Meander.
Latmꝰ mõs
Endymion.
Pirene.
Gesus flu.
Panioniũ unde.
Phygeta.
Ephesus.

Amazones — ne clarissimũ templũ: quod Amazones asiá po-
Caystros. — titæ cõsecrasse traduntur. Ibi caystros ãnis. Ibi
Lybedos. — lybedos: clariiq; apollinis fanũ: quod manto ti-
Clarius Apollo — resiæ filia fugiens uictores thebanorũ. ephygo
ephygonos — nos & colophon quã Mopsus eiusdẽ mantos fi
Colophon. — lius statuit. ad promõtoriũ quo sinus clauditur
Mopsus. — quod altera parte alium: quẽ smyrneũ uocãt: ef
Smyrneus sinus. — ficit: angustisq; ceruicibus reliqua extendit. in latius abit in peninsulæ faciẽ super angustias hinc ceos illinc clazomena. & qua terga agunt cõfinio adnexa mari diuersis frontibus diuersa
Coryna. — maria prospectant. In ipsa peninsula est Cory-
Thérmodõ — na: in sinu smyrneo est thermodõ ãnis: & urbs leuca. extra phocis ioniæ ultima. ¶ Proxima re
Aeolis — gio ex quo ab æolis incoli cœpit æolis facta: an-
Mysia. — te mysia: & qua hellespontum attingit troianis
Troas. — possidentibus troas fuit. Primã urbem a myri-
Myrina — no conditore myrinã uocant. Sequentẽ pelops
Pelops — statuit uicto oenomao reuersꝰ ex græcia. cimõ
Caycus. — noĩauit: pulsis qui habitarant: dux amazonum
Elea. — cime. Supra caycus inter eleam decurrit & Py-
Pytane — tanẽ illam: quæ archesilan tulit nihil affirman-
Archesilas. — tis achademiæ clarissimũ antistitem. Tũ in p-
Cyrma. — montorio est cyrma oppidum: quod præterue ctos sinus excipit nõ paruus: sed longe ac mol-liter flexus retrahensq; paulatĩ oras usq; ad ima montis idæ. Isthmos paruis urbibus aspersꝰ ẽ:

quarum clarissima est cistena. gremio interiore campus thebe nomine adrymetion austram cressam oppida: eodem quo dicta sunt ordine: adiacētia continet. In altero latere Antandrum duplex causa nōis iactatur. alij ascaniū Aeneæ filium cum ibi regnaret: captum a pelasgis ea se redemisse cōmemorant. Alij ab ijs putant cōditam: quos ex andro insula uis & seditio exegerat. Hi antandrum quasi pro andro. illi quasi ꝓ uiro accipi uolunt. Sequens tractus tangit gargara & assona ætolorum colonias. Tum sinus alter achæon limen nō longe ab ilio littora incuruat urbe bello excidioq; clarissima. Hic Sigeum fuit oppidum hic achiuorum fuit bellātium statio. Huc ab idæo mōte demissꝰ scamāder exit & Simois fama q̄ natura maiora flumina. Ipse mons uetere diuarum certamine & iudicio paridis memoratus orientē solē aliter: q̄ in alijs terris solet aspici: ostentat. nāq; ex sūmo uertice eius speculantibus pene a media nocte sparsi ignes passim micare: & ut lux appropinquat: ita coire ac se coniungere uidētur: donec magis magisq; collecti pauciores subīde & una ad postremū flamma ardeant. ea cum diu clara & incendio similis effulsit. cogit se ac totū dat & fit ingens globus. diu is quoq; grandis & terris adnexus apparet: deinde paulatim decrescēs

Cistena.
Adrymetion
Austra.
Cressa
Antādrus
unde
Ascanius.
Gargara.
Asson.
Ilium
Sigeum
Scamander
Ida.
Simois.
Paris

Rhetcum. Dardania Aiax.

&quanto decrescit: eo clarior fugat nouissime
nocte: & cum die iam sol factus attollitur. Ex-
tra sinum sunt rhetæa littora a Rhetæo & dar-
dania claris urbib⁹. Aiacis tamẽ sepulchro ma-
xime illustria. Ab his fit arctius mare: nec iam
abluit terras: sed rursus diuidens angusto hel-
lesponti freto littus obuiũ findit: facitq; ut ite-
rum terræ: qua fluit: latera sint.

Bithyni Mariandynei.

Interius bithy
ni sunt & mariandynei.

Abydos Lampsacũ unde.

In ora graiæ urbes aby
dos & lampsacum & pariõ & priapos. Abydos
magni quondã amoris: cõmercio insignis est.
Lampsacũ phocæis appellãtib⁹ nomẽ ex eo tra-
xit: q̃ cõsulẽtibus: in quasnam terras potissimũ
tenderẽt: respõsum erat: ubi primũ fulsisset ibi
sedem capessere.

Granicus

Tum rursus fit apertius mare
propõtis in id Granicus effũditur: pugna quæ
primũ inter persas & Alexandrũ fuit: nobilis.

Cyzicum

Trans amnẽ sedet in ceruice pene insulæ cyzi-
cum. nomẽ cyzicus indidit: quẽ a minijs ipru-
dẽtibus: cum colchos peterent: fusum acie cæ-
sumq; accepimus.

Plagea Cylace Olympus. Rhyndaces

Post plagæa & cylace paruæ
pelasgorum coloniæ: quibus a tergo imminet
mons olympus (ut incolæ uocãt) Mysius. flu
men rhyndacem in quæ sequunntur emittit.

Mirum de serpẽtib⁹

Circa angues nascuntur immanes neq; ob ma-
gnitudinem modo:: sed ob id etiam mirabiles:

q ubi in alueum eius æstus solemq; fugerunt: emergunt atq; hiant: superuolantesq; aues: quã uis alte & perniciter ferantur absorbent. Tras rhrindacum ẽ Dasilos: & quam colophonij collocauere mysrela. Duo sunt inde modici sinus alter sine nomine chion amplectitur Phryhiæ haud longe iacentis opportunissimum emporium. alter olbianos: in promontorio fert Neptuni fanum. in gremio astacon a megarensibus conditam. Deinde priores terræ iterum iacẽt: exiturisq; in pontum pelagi canalis angustior. Europã ab asia stadijs quinq; disterminat thracius (ut dictum est) bosphorus. Ipsis in faucibus oppidum. in ore templum est. oppidi nomen chalcedon. auctor Archias megarensium princeps. templi numen iupiter conditore Iasone. Hic iam sese ingens pontus aperit: nisi qua promontoria sunt: huc atq; illuc longo rectoq; limite extẽtus. sinuatus cætera. Sed quia contra minus q̃ ad leuam & dextram abscessit: mollibusq; fastigijs donec angustos utrinq; angulos faciat: inflectitur. ad formam scytici arcus maxime incuruus. breuis. atrox. nebulosus. raris stationibus. non molli neq; arenoso circũdat⁹ littore. uicinus aquilonib⁹. & q͞a nõ profũd⁹ est: fluctuosus atq; feruẽs. olim ex co-

Dasilos.
Mysrela.
Chios.
Astacos
Thracius.
Bosphorus
Calcedon

létiũ sæuo admodum in genio axenus: post cõmertio aliarũ gentium mollitis aliquantũ moribus dictus euxinus. In eo primũ mariãdynei urbem habitant ab argiuo (ut ferunt) hercule datã. heraclæa uocitatur. id famæ fidem adiecit Iuxta specus est achærusia ad manes (ut aiunt) peruius: atq; inde extractũ Cerberũ existimant ¶ Tum thios oppidũ millesiorũ quidẽ colonia sed iam soli gentisq; paphlagonũ: quorũ in litoribus pene medijs promõtoriũ est Carambis Citra Patthenius amnis. urbes Sesamus & crõnos: & a cithisoro phryxi filio posita cythoros Tum cynobus & collitis: & quæ paphlagoniã finit armene. ¶ Chalybes proximi clarissimas habent amyson: & synopen cynici Diogenis patriam. amnes alyn & thermodonta. secundum alyn urbs est lycasto. a thermodonte campus in eo fuit themiscyrum oppidum. fuere & amazonum castra ideo amazonum uocant. Tabereni chalybas attingunt: quibus in risu lusuq; summum bonum est. Vltra carambin mossini turres ligneas subeũt notis corpus omne psignãt pro patulo uescũtur. promiscue cõcumbũt. & palam reges suffragio deligunt uinculisq; & arctissima custodia tenent. atq; ubi culpã praue ĩperãdo meruere: inedia diei toti9 afficiũt cæterũ asperi. inculti. pnoxij appulsis. Deide min9

euxin9 põt9 | Heraclea. | Acherusia. | specus | Cerberus | Thios. | Paphlagones. | Carãbis pmontoriũ. | Partheni9. | Cythoros. | Armene. | Chalybes | Amysos | Synope | Diogenes | Cynicus. | Lycasto | themiscirȝ. | Amazonũ. castra | Tabereni | Mossinni

feri uerum & hi inconditis moribus macroce-phali discheri. buxedi. raræ urbes cerasū pta & trapezos maxime illustres. Inde is locus est: ubi finem ductus a bosphoro tract9 accipit: atq; inde se in sinu aduersi littoris flexus attollens angustissimū ponti facit angulū. Hic sunt colchi hinc phasis erumpit. hic eodē nomine quo amnis est atheni stagora milesio deductum oppidum. hic phryxi templum & lucus fabula uetere pellis aureæ nobilis. hinc orti montes longo se iugo & donec rhipheis coniūgantur exporrigūt: qui altera parte in euxinum & mæotida & tanain. altera in caspium pelagus obuersi ceraunii dicuntur. ijdem alubi. taurici. moschi. amazonici. caspij. coraxisi. caucasi: ut alijs alijsue appositis gentibus ita alijs alijsq; dicti noibus. At in primo flexu iam curui littoris oppidum est: quod græci mercatores constituisse: & quia cū cæca tempestate agerētur: ignaris: quæ terra esset: cygni uox notam dederat cygnū appellasse dicuntur. Reliqua eius feræ incultæq; gētes uasto mari assidentes tenent. menanclea. terrestrea. sexsolitæ. coraxi. eleptirophagi. hæniochi. achæi. cercetici. etiam ī confinio mæotidis syndones. In hæniochorū finibus dioscorias a castore & polluce pōtum cum iasone ingressis. Syndos in syndonū ab ipsis terrarū cultorib9

Macroce-phali.
Trapezos
Colchi.
Phasis
Luc9 aurei uelleris
Riphei mōtes.
Rhipheo℞ uaria noia.
Cygnum.
Varia po-pulo℞ noia
Dioscorias
Castor
Pollux
Syndos

condita est. Obliqua tunc regio & in lacum mo dice patens inter põtum paludemq; ad bospho-rum excurrit: quam duobus alueis in lacum & in mare profluens coradandam pene insulam reddit. Quattuor urbes ibi sunt hermonos. sac cephoe. spana. corea. & in ipso ore cimmerium hac ingressos lacus accipit lõge lateq; diffusus qua terras tangit incuruo circundatus littore. quã mari propior est: nisi ubi aperit: quasi mar gine obductus citra magnitudinem prope pon to similis. Oram quæ a bosphoro ad Tanain usq; deflectitur mæotici incolunt torcatæ. arri chi. phicores. & ostio fluminis proximi xama-thæ: apud eos easdem artes fœminæ: quas uiri exercent: adeo ut ne militia quidem uacent. Vi-ri pedibus inhærẽt sagittisq; depugnant: illæ equestre prælium ineunt. nec ferro dimicant: sed quos laqueis intercepere: trahendo confici-unt. nubunt tamen uerum ut nubiles habeant: nõ in ætate modus est nisi quæ hostẽ intereme re: uirgines manẽt. Ipse Tanais ex rhipheo mõ te deiectus adeo præceps ruit: ut cũ uicina flu-mina. tum meotis & bosphorus. tũ põti aliqua brumali rigore durẽtur: solus æstus hyemẽq; iuxta ferens idem semp & sublimis incitatusq; decurrat. ripas eius sauromatæ & ripis hæren-tia possidẽt. una gẽs. aliquot populi & aliquot noĩa. primi mæotici ginecrocatũ ænoe. Regna

Coracãdama

Cimmeriũ

Meotici.

Xamathe

Tanais.

Sauromate

amazonũ fœcundos pabulo ad alia steriles nu-
dosq; campos tenẽt budini. Geloni urbẽ ligne-
am habitant. Iuxta thissagetę turcæq; uastas sil
uas occupãt: aluntúrq; uenando. Tum continu
is rupibus late aspera & deserta regio ad arem-
pheos usq; permittit. His iustissimi mores pro
domibus nemora, alimenta baccæ, & maribus
& fœminis nuda sunt capita. Sacri itaq; habent
adeoq; ipsos nemo de tam feris gentibus uiolat
ut aliis quoq; ad eos cõfugisse pro asylo sit. Vl-
tra surgit mons rhipheus ultraq; eum iacet ora
quæ spectat oceanum.

Budini
Thissagete
Turce.

¶Põponii Mellæ de situ orbis. Liber secũd9

ASiæ ĩ nostrum mare Tanaínq; uergẽ
tis: quem dixi finis ac situs est: ac per
eundem amnem in mæotida remean
tib9 ad dextrã europæ mõ sinistro latere in naui
gãtiũ apposita ac rhipheis mõtibus ꝓxima. &
huc enim pertinẽt. cadentes assidue niues adeo
inuia efficiunt: ut ultra ne uisum quidem inté
dentiũ admittãt. Deinde ẽ regio ditis admodũ
soli inhabitabilis tamen: quia gryphi seuũ & ꝑ
tinax ferarum genus aurum terra penitus egē-
stum mire amant, mireq; custodiunt: & sunt in
festi attingẽtib9. Hoĩm primi sũt Scythæ scy
tharumq; quis singuli oculi esse dicuntur ari-
maspæ. Ab eis eẽdones usq; ad meotida. hui9

Gryphi
Armaspæ.

Agathyrsi. Sauromatę

flexũ buces amnis secat. Agathyrsi & sauroma-
tæ ambiunt: quia pro sedibus plaustra habent
dicti maxobitæ. Obliqua tunc ad bosphorũ pla
ga excurrens ponto ac mæotide includitur. In
paludem uergentia sarcagæ tenent. In bospho-

Sarcage. Cimmerica oppida

rũ cimmerica oppida myrmetion. panticapeũ
theodosia. hermisiũ. In Euxinum mare taurici
Super eos sinus portuosus & ideo calos limẽ ap
pellatus promontorijs duobus includit. Alte-
rũ criu metopon uocant: carambico: quod in a-
sia diximus: patet aduersnm. Parthenion alterũ

Partheniõ. Nymphe9 specus

oppidum adiacet Cerone a diana (si credat) cõ
ditũ: & nympheo specu quod in arce eius Nym
phis sacratũ est: maxime illustre. ¶ Subit tum
ripam mare & donec quinq; milia passuum ab-
sita mæotide refugientia usq; subsequens litto
ra: quæ satharchæ & taurici tenẽt: peninsulam

Chatere. Carcyne. Gerros. Hypacares

reddit. quod inter paludem & sinũ est Chatere
noĩatur. Sinus carcynites. In eo urbs est carcy-
ne: quã duo flumina Gerros & Hypacares uno
ostio effluentia attingunt uerum diuersis fonti
bus & aliunde delapsi. Nam gerros inter basili
das & nomadas euoluitur. Siluæ deinde sunt:

Panticapes

quas maximas hæ terræ ferũt: & panticapes: q
nomadas georgosq; disterminat. ¶ Terra tum
longe distenta excedens tenui radice littori ad-
nectitur. Post spaciosa modice paulatim se ipsa

fastigiat. & quasi in mucronem longa colligẽs latera facie positi ensis allecta est. Achilles infesta classe mare põticũ ingressus ibi ludicro certamine celebrasse uictoriam: & cũ ab armis quies erat: se ac suos cursu exercitauisse memorat: ideo dicta est dromos achilleos. ¶ Tum borystenes gẽtem sui nominis abluit inter scythiæ amnes amænissimus. turbidis alijs liquidissim9 defluit placidior q̃ cæteri potariq; pulcherrimus. alit lætissima pabula magnosq; pisces: quibus & optimus sapor: & nulla ossa sunt. longe uenit: ignotisq; ortus e fõtibus quadraginta dierum iter alueo stringit: tantoq; spacio nauigabilis secundũ Borystenida & Olbida græca oppida egreditur. Calipidas hypanis includit. ex grandi palude oritur: quam matrem eius accolæ appellant: & diu qualis natus est: defluit tantum non longe a mari ex paruo fonte: cui examphe̊o cognomen est. adeo amaras aquas accipit ut ipse quoq; iam sui dissimilis & nõ dulcis hic defluat. Asiaces proximus intra calipidas asiacasq; descẽdit. Hos ab istricis Tyra separat surgit in Neuris: qua exit: sui noĩs oppidum attingit. At ille: qui scythiæ populos a sequẽtib9 dirimit apertis in germania fontibus alio q̃ desinit: noĩe exoritur. Nam per ĩmania magnarum gentiũ diu danubius est: deinde aliter appellã-

Achilles.
Dromos achilleos
Boristenes.
Pisces sine ossibus.
Hypanis.
Examphe9.
Asiaces
Tyra. flu.
Danubius.
Ister.

Ister. tibus accolis Ister fit: acceptisq; aliquot amnibus ingens iam & eorum: qui in nostrum mare decidunt: tantum Nilo minor: totidem: quot ille ostijs: sed tribus tenuibus: reliquis nauigabilibus effluit. ¶ Ingenia cultusq; gentium differũt.

Essedones. Essedones funera parentũ læti & uictimis ac festo coitu familiarium celebrant. corpora ipsa laniata & cæsis pecorum uisceribus immixta epulando cõsumũt. Capita ubi fabre expoliuere auro iuncta pro poculis gerũt. Hæc sũt apud eos ipsos pietatis ultima officia.

Agathyrsi. Agathyrsi ora artusq; pingunt: ut quiq; maioribns præstant: ita magis uel minus. Cæterum iisdẽ omnes notis & sic ut ablui nequeant.

Sarmatæ. Sarmatæ auri argenti maximarum pestium ignari uice rerum cõmercia exercent: atq; ob sæua hyemis admodum assidue demersis in humũ sedibus specus aut suffossa habitant. totum brachati corpus: & nisi qua uident etiam ora uestiti.

Tauri. Tauri Iphigeniæ & Orestis aduentu maxime memorati immanes sunt moribus: immanemq; famã habent: solere pro uictimis aduenas cædere.

Basilidijs. Basilidijs ab Hercule: & echidna generis principia sunt. mores regij arma tantum sagitte.

Nomades. Vagi nomades pecorum pabula sequũtur: atq; ut illa pecorum durant: ita diu statam sedem agũt

Georgi. Colunt georgi exercentq; agros.

Asiacæ. Asiacæ furari

quid sit ignorant. ideoq; nec sua custodiũt: nec aliena cõtingũt: Interius habitãtiũ ritus asperior & incultior regio ẽ. Bella cædesq; amãt: Mosq; est bellãtibus cruorẽ eius: quẽ primũ interemerũt ipsis e uulnerib9 ebibere. ut q̃sq; plures interemerit: ita apud eos habetr exími9. Cæterũ expertẽ esse cædis inter obprobria uel maximũ ne fœdera quidẽ incruẽta sũt. sauciãt se: qui paciscũt: exemptũq; sanguinẽ: ubi pmiscuere degustãt. id putãt mãsuræ fidei pign9 certissimũ Inter epulas: quot quisq; ĩterfecerit: referre lætissima & frequẽtissima mentio: binisq; pocul qui plurimos retulere: ppotatis interlocantis honos præcipu9 est. pocula ut Essedones parẽtũ ita inimicissimorũ capitib9 expoliũt. Apud anthropophagos ipsæ etiã epulæ uiscerib9 humanis apparãt. Geloni hostiũ cutib9 equos seq; uelãt. illos reliqui corporis. se capitum. Melanclenis atra uestis & ex ea nomen. Neuris statum singulis tempus est: quo si uelint in lupos iterumq; in eos: qui fuere mutentur. Mars omnium deus. Ei pro simulacris enses & tentoria dedicant: hominesq; pro uictimis feriunt. Terræ late patent & ob excedentia ripas sua plerunq; flumina nusq̃ non ad pabula fertiles. alicubi usq; adeo steriles ad cætera: ut qui habitãt lignorũ egẽtes ignes ossibus alãt. His thracia

Crudi populorũ mores.

Anthropophagi.

Geloni.

Melãcleni.

Neuri

Mira Neurorum natura.

Thracia

proxima eſt eaq; a pontici lateris fronte uſq; in
illiricos penitus imiſſa: qua latera agit iſtro pe-
lagoq; contingitur. regio nec cælo læta nec ſo-
lo: & niſi qua mari proprior eſt: infœcunda. fri
gida: eorũq;: quæ ſerũtur maligne admodũ pa-
tiens. raro uſq̃ pomiferam arborem. uitem fre-
quentius tolerat. ſed nec eius quidẽ fructus ma
turat ac mitigat: niſi ubi frigora obiectu fron-
dium cultores arcuere. uiros benignius alit nõ
ad ſpeciem tamen. Nam & illis aſper atq; inde-

Thraces feroces.

cens corporũ habitus eſt. Cæterum ad ferociã
& numerum: ut multi imiteſq; ſint: maxime fe
rax. paucos amnes: qui in pelagus euadunt: ue-

Hebrus
Neſtos.
Strymon.
Hemon
Rhodope.
Orpheus.

rum celeberrimos hebrũ & neſton ſtrymona e-
mittit. Mõtes interior attollit hæmona & Ro-
dopẽ & orbelon ſacris liberi patris & cœtu me-
nadũ orpheo primũ initiãte celebratos: e quis
quis hæmus in tantũ altitudinis abit: ut euxi-
num & adriã ex ſũmo uertice oſtendat. una gens
thraces habitant aliis aliiſq; præditi & noĩbus
& moribus: quidã fieri ſunt & ad mortem para

Getæ
Varie de anima opiniones.

tiſſimi. Getæ utiq; id uaria opinio perficit, alii
redituras putant animas obeuntiũ. alii & ſi nõ
redeãt: non extingui tamen: ſed ad beatiora trã-
ſire. alii emori quidẽ: ſed id melius eſſe q̃ uiuere
Itaq; lugetur apud quoſdam puerperia: natiq;
deflentur. funera contra feſta ſunt: & ueluti ſa-

cra cantu lusuqꝫ celebrantur. Ne fœminis quidem segnis est animus. super mortuorum uirorum corpora interfici simulqꝫ sepeliri uotũ eximium habent. & quia plures simul singulis nuptæ sunt: cuiꝰ id sit decus apud iudicaturos magno certamine affectant. moribus datur: estqꝫ maxime lætum: cum in hoc contenditur: uincere. Mœrẽt alij uocibus & cum acerbissimis plãctibus efferunt. At quibus consolari eos animꝰ est: arma opesqꝫ ad rogos deferunt: paratiqꝫ (ut dictitant) cum fato iacentis: si detur in manus uel pacifici uel decernere: ubi nec pugnæ nec pecuniæ locus sit: manentqꝫ dominos proci: nupturæ uirgines non a parentibus uiris tradũtur sed publice aut locantur ducendæ: aut ueneũt. utrum fiat ex specie & moribus causa est. probæ formosæqꝫ in præcio sunt: cæteras qui habeant mercede queruntur: uini usus quibusdam ignotus est. epulantibus tamen: ubi sup ignes quos circũsident: quædam semina ingesta sũt similis ebrietati hilaritas ex nidore contingit. In littoribus Istro proxima est Istropolis. deinde Malesis deducta galatis. & tritonice. & portus caria. & pistris promontorium: quod præteruectos alter ponti angulus accipit. aduersus phasiaco: & nisi amplior foret: similis fuit. hic bizone motu terræ intercidit. Est portus cru-

Istropolis.
Malesis.
Tritonice.
Caria.
Pistris.

Thracie urbes. nos. urbes dionysiopolis. obdessos messébria anchialos:& intimo in sinu atq; ubi pontus alterum sui flexũ angulo finit magna apollophania. recta de hinc ora: nisi q media ferme in promontorium: quod thimniam uocant: exit & in curuis contra se littoribus obtenditur: urbesq; sustinet helinideson & philas & phinopolim. ℂ Hactenus pontus deinde est bosphorus: & propontis. In bosphoro Bizantium. In propontide Selimbria. perinthos bithynis. amnesq;: qui interfluunt erginos & tyras. Tum Rheso regnata quondam pars thraciæ & bisaltæ samiorum & ingens aliquando gypsela. Post lacus: quem grai mactothios appellant: & in radice magnæ peninsulæ sedens lysimachia. ℂ Terra: quæ sequitur nusq̃ lata atq; hic arctissima inter hellespontum ægeumq; procurrit. angustias Isthmõ frontem eius mastusiam. totam chersonesũ appellant. ob multa memorabile est. In ea flumen ægos naufragio classis atticæ isigne. Est & abydo obiacens sestos Leandri amore pernobilis. Est & regio: in qua persarum exercitus diuisas spacio pelagoq; terras ausus pontibus iungere mirum atq; ingens facinus: ex asia in græciam pedes & non nauigata maria transgressus est. Sunt protesilai ossa consecrata delubro. Est & portus sceolos atheniensibus & lacedæmonijs

Margin: Apollophania. Thimnia promonto. Helinidesos. phile. Phinopol. Bosphorus Bizantium Propõtidis urbes. Rhesus Gypsela. Lisimachia Abydos. Sestos Leander Protesilai ossa. Sceolos

naualiacie decernētib9 laconicæ classis signa-
tus excidio. Est cynosenia tumul9 hecubæ siue — Cynosenia.
ex figura canis: in quam cōuersa traditur: siue
ex fortuna: in quā deciderat humili noīe acce-
pto. Est macidos. est helle9: quæ finit hellespō- — Macidos.
tū. ¶ Aegeū statim pelagus uaste lōgū litt9 im — Egeum.
pellit: sūmotasq; terras hinc ad promōtorium:
quod Suniū uocat. magno ambitu molliq; cir- — Suniūpro-
cūagit. eius tractū legētibus præuectisq; ī assu — montoriū
siatum sinus intrādus est: qui alterū chersonesi
latus abluēs iugo facie uallis includitur: & ex
fluuio: quē accipit Melas dict9. duas urbes am — Melas
plectitur alopoconēsū & in altero Isthmi litto- — Aenos.
ris sitam cardiā. eximia est enos ab enea profu- — Aeneas.
go cōdita. Circa hebrum cicones. Trans eundē — Cicones
doriscos: ubi Xerxem copias suas: quia nume- — Xerxes.
ro non poterat: spatio mensum ferunt. Deinde — Seriphiō.
promōtorium Seriphiō: ex quo canētē orphea — promōto.
sequuta & narrātur nemora. zone. tum scenos — Orpheus.
fluui9: & ripis eius adiacēs maronia. regio ulte — Maronia.
rior Diomedē tulit īmanibus equis mādēdos — Diomedes.
solitum obiectare aduenas: & iisdem ab Hercu — Turris.
le obiectum. Turris: quam Diomedis uocant: — Diomedis.
signū fabule remanet: & urbs: quam soror ei9 — Abdere.
suo nomine nominauit. Abdere: sed ea magis — Democrit9
id memorādū habet: q Democritū physicū tu — physicus.
lit q̄ q ita cōdita est. Vltra nestos fluit. Interq; — Nestus.

appollonia
Amphipol
Acanthos.
Strimon.
Olynthus.

eum & strymona urbes sunt: philippia. appol-
lonia. amphipolis. inter strymona & athon tur
ris calamea. & portus caprullō. urbs acanthos
& echima. inter athō & pallenen cleona & olyn-
thos. Strymon: sicut dixim⁹: amnis est: lōgeq;
ortus & tenuis: alienis subinde aquis fit ampli
plior: & ubi non longe a mari lacum fecit: ma-
iore q̄ uenerat alueo erumpit. Athos mons est
adeo elat⁹: ut credatur altius q̄ unde imbres ca-
dunt: surgere. capit opinio fidem: quia de aris
quas in uertice sustinet: non abluitur cinis: sed
quo relinquitur aggere manet. Cæterū nō pro
mōtorio. ut alij: uerum totus est: totoq; longe
dorso procedit in pelagus. qua continenti ad-
hæret & xerxe in graios tendente pfossus trans
nauigatusq;: & actus freto nauigabili peruius
ima eius tenēt paruæ pelasgorum coloniæ. in
summo fuit oppidum Acroathō: in quo (ut fe-
runt) dimidio longior q̄ in alijs terris ætas ha
bitantium erat. Pallene soli tā patentis: ut qui-
q; urbium sedes sit atq; ager. tota in altum abit
angusta satis unde incipit. Ibi ē potidæa. at ubi
laxius patet. Mende cione: quæ referendæ. illa
ab hæretris. hæc ab achiuis capto ilio remean-
tibus posita. Tum Macedonum populi: quot
urbes habitant: quarum Pellam maxime illu-
strem alumni efficiunt. Philippus græciæ do

Athos.
Mira mon
tis altitudo
Xerxes
Acroathon
Pallene.
Potidæa.
Pella
Philippus

mitor. Alexander etiam asiæ. In littore flexꝰ me
gibernæus inter promontoria diuidit canastre
um & portum: qui copos dicitur urbes toronē
& miscellam atq; unde ipsi nomē est. Megiber
nam incingit. canestreo promontorio Sena ꝓ-
xima ē. Megibernacusa in medio qua terra dat
gremium: modice in littora ingreditur. Cæte-
rum longis in altum immissis lateribus ingēs
inter maria sinus est. in eum axius per macedo
nas etiam per thessalos penitus excurrit. ante
axium thessalonice est. inter utrūq; cassandria
cinda. aloros. icaris. apeno. asepida. corinthia.
meliboea. castanea pares ad famam: nisi ꝙ phi
loctetes alumnꝰ Meliboeam illuminat. Terræ
interiores claris locorum nominibus insignes
pene nihil ignobile ferunt. Hinc non longe est
Olympus. hic Pelion. hic ossa montes gigan-
tum fabula belloq; memorati. Hic musarū pa-
rens domusq; pieria. hic nouissime calcatū gra
to Herculi solum saltus oetæꝰ. hic sacro nemo
re nobilia tempe. hic libetra carminumq; fon-
tes obiacent. ¶ Tum iam uaste & multum pro
minens græcia: & dum myrthoum pelagus at
tingat: a septentrione in meridiē uecta. qua sol
oritur ægeis qua occidit Ionijs fluctibus obia
cet. ac proxime spaciosa: & hellas nomine. gran
di frōte procedit. mox mari utroq; & Ionio ma

Alexander.
Torone.
Copos
Miscella
Sena.
Megiberna
cusa.
Axius
Multarum
urbium no
mina.
philoctetes
Meliboea
Olympus
Pelion.
Ossa.
Pieria.
Oeta.
Tempe.
Libetra
Græcia
Hellas.

gis latera eius ĩtrãte donec quattuor milia paſ
ſuum pateat media ferme prope inciditur. De
inde rurſum terris huc ſe & illuc uerum in Ioni
um mare magis expandentibus progreſſiſq; in
altum non tam lata q̃ cœperat: ingens tamẽ ite
rum & quaſi peninſula extẽditur. uocaturq; pe

Peloponneſos.

loponẽſos: ob ſinus & promõtoria: qs ut fibris
littora eius inciſa ſunt: ſimul q; tenui tramite ĩ
latus effunditur: platani folio ſimillima. ¶In

Macedonia

macedonia prima eſt Theſſalia. deinde Magne
ſia. phthiotis. doris. locris. phocis. boetis. attiſ
megaris. Sed omniũ attis clariſſima. In pelopõ
neſo argolis. laconice. meſſenia. achaia. elis. ar-
cadia. ultra ætolia. acarnania. epiros uſq; ĩadri

Lariſſa
Phthia.
Delphi.
Parnaſus
Thebe.
Citheron
Athenæ.
Argos.
Mycene
Templum Iunonis.
Lacedemõ.
Amycle

am. De locis atq; urbibus: quæ mare non ablu-
it hæc maxime memorãda ſunt in theſſalia. La
riſſa aliquando iolcos. in Magneſia Anthronia
in phthiotide phthia. in locride cinos & calia-
ros. in phocide delphi & mons parnaſus. & A-
pollinis fanum atq; oraculum. In boetia thebæ
& citheron fabulis carminibuſq; celeberrimus
In attide eleuſin Cereri cõſecrata & clariores q̃
indicari egeant. Athenæ in megaride unde regi
oni nomen eſt megara. Vt in argolide argos &
Mycenæ & templum Iunonis uetuſtate & reli
giõe percelebre. In laconide terapne. lacedemõ.
amyclæ. mons Taygetus In meſſenia Meſſene

& Methone. In achaia atq; elide quondam pisæ œnomai. elis & numen delubrumq; olympij iouis certamine gymnico & singulari sanctitate Ipso quidem tamen simulacro: quod phidiæ opus est maxime nobile. Arcadiam peloponnesi ace gentes undiq; incingunt. In ea sunt urbes p sophistenia. orchomenos montes Pholoe. Cyllenius. Parthenius. mænalus. flumina erymãthus & ladon. In ætolia naupactos. In acarnania Stratos oppida. In epiro dodonæi iouis tẽplum & fons ideo sacer: ꝙ cum sit frigidus & imersas faces sicut cæteri extiguat: ubi sine igne procul admouentur accendit. At cum littora leguntur a promontorio sepiade per Demetriã & balon & ptheleon & ethinon ad pagaseum sinum cursus est. Ille urbem pagasam amplexus amnẽ sperthiõ accipit. & quia minyæ colchida petẽtes inde argõ nauẽ soluere memorãt. Ab eo ad suniũ tẽdẽtib⁹ illa p̄nauigãda. maliac⁹ & opunti⁹ grãdes sinus: & in his cæsorũ etiã laconũ trophea. Termopilæ. opoes. carphanemides alope antedõ. larũnæ. aul agamemnonie graiorumq; classis in troiam cõiurãtium statio. Marathon magnarum multarumq; uirtutum testis. Iam inde a theseo persica maxima clade per notus. Rhamnys parua illustris tamen: ꝙ in ea fanum est amphiarai: & phidiaca nemesis. phoricos & bauronia olim urbes. iã tantũ

Taygetus mons.
Pise. Oenomai. Elis.
Iupiter.
Olympius
Phidias.
Arcadie urbes. mõtes. & flumina.
Orchomenos.
Erymãth⁹.
Naupactos.
Dodonei. Iouis tẽplũ
Mira fõtis natura.
Pagasa.
Minye
Argo nauis
Maliac⁹ & Opuntius sinus.
Thermopyle. Aulis..
marathon.
Rhamnys.

nomina. Sunium promontorium est: finitq; id
littus hellados: quod spectat ad orientem. Inde
ad meridiem terra conuertitur usq; ad megarā
atticæ ut modo latere: ita nunc frōte pelago ad-
iacens. Ibi est Pyreus atheniensium portus. scy
renia saxa sæuo quondam scyronis hospitio eti
am nunc infamia. Megarensiū tractus Isthmō
attingit hoc illi cognomē est quia quattuor mi
lium spacio ægeum mare ab ionio submouens
angusto tramite helladi pelopōneson annectit.
In eo est oppidum cheucerea. fanum Neptuni.
ludi quos isthmicos uocant: celebres. Corin-
thos olim clara opibus. post cladē notior. nunc
romana colonia. ex summa arce: quam acroco-
rinthon appellant: maria utraq; contuens. pelo
ponnesi oram: sicut diximus: sinus & promon-
toria lacerant ab oriente Bucephalos & cherso-
nesus & scyleon. ad meridiem malea. tenaros. a-
chritas. Icthis. ad uesperum chelonates & ara-
xos. habitant ab isthmo ad scyleon epidaurij es-
culapij templo īclyti & trœcenij fide societatis
attice illustres. port⁹ sardonic⁹ & schenitas &
pagon⁹. Oppida autem epidaurus & troezē &
hermiona his littoribus apposita sūt. Inter scy
leō & maleā laconic⁹. inter tenaron & acritā &
icthin cyparissius. in argolico sunt noti amnes
erasin⁹ atq; inachus: & notum oppidum lerne.

Sunium promontoriū. Pyreus. Scyronia saxa. Isthmos. Ludi isthmici. Corinthos. Acrocorinthos. Buchephalos. Malea. Tenaros. Epidaurij. Troeceij. Epidaurus. Troezen. Laconicus. Ciparissius. Erasinus. Inachus. Lerne.

In laconico cynthius & eurotas. In ipso tænaro
Neptuni templū & specus illi: quem in pōto a
cherusium diximus: facie & fabula similis. In a
sinæo flumen pamisum. In cyparissio alpheus
nomē dedit urbs in littore sita. hinc ciparissus
illinc asine. Messenij pylijq; terras colūt. & ipa
pelago pylos adiacet. Cyllene. calipolis. patræ
oram illā tenent: in quā chelonates & araxos ex-
currunt. Sed cyllene q mercuriū ibi natū arbi-
trantur insignis. ¶ Rhion deinde maris id nō-
mē est) anguste & uelut freto lacus ore frequē-
ti incidēs inter ætolos & pelopoōnesiacos usq;
ad Isthmon irrūpit. In eo ad septētrionē specta
re littora incipiunt. In his est ægeō & ægina &
oliros & Scion. ac in aduersis pagecreusis. anti
cyra. oeanthia. cyra: & notior aliquāto nomine
calydō & euenos. Extra rhion in acarnania ma-
xime clara sunt oppidū. Leucas. flumē achelōs
¶ In epiro nihil ambracio sinu nobilius est. fa-
cit sinus. quæ angustis faucibus & quæ minus
mille passibus pateant grāde pelagus admittit.
Faciūt urbes: quæ assidunt Actium. argi. am-
philocis ambracia. æacidarum regna: pyrrhiq;
Butroton ultra est. Deinde Cerauni mōtes. Ab
ijs flexus in adriā. hoc mare magnū secessu lit-
torum acceptū & uaste quidem in latitudinem
patens. qua penetrat tamē uastius illyricis usq;

Cynthius.
Eurotas
Tenarus.
Pamisus.
Cyparissus
Asine.
Pylos.
Cillene.
Patre.
Vbi nā ort⁹
mercurius
Rhion
Aegeon
Aegina.
Calidon
Euenos
Leucas
Achelous
Ambraci⁹
sinus.
Actium
Butroton
Cerauni
montes
Adria

tergestum. Cætera gallicis. Italisq; gẽtibus cin
guntur. Parthenij & dasaretæ prima eiꝰ tenẽt.
sequentia paulatim Enchellæ: phæaces. deinde
sunt: quos proprie illyricos uocant. Tum py-
rei & liburni & Istria. Vrbium prima est Oricũ
secũda Durachium Epidamnos ante erat. Ro-
mani nomen mutauere: quia uelut in damnum
ituris omen id uisum est. Vltra sunt apollonia.
salona. Iadera. nona. tragurium. sinus polaticꝰ
& pola quondam a colchis (ut ferunt) habita-
ta: in quantum res transeunt nunc romana co-
lonia. Amnes autẽ æas: & nar. & danubius: qui
iam dictus est Ister: sed æas secundum apolloni
am. nar inter pyræos liburnos. per Istros Ister
emittitur. Tergeste intimo ĩ sinu adriæ sitũ fi-
nit Illiricum.

¶ De Italia magis quia ordo exigit q̃ qa mõstra
ri eget: pauca dicent̃. nota sunt omnia. ab alpi-
bus incipit in altum excedere: atq; ut procedit
se media perpetuo apœnini iugo montis attol-
lens inter adriacum & tuscum: siue ut aliter ea-
dem appellantur: inter superum mare & infe-
rum excurrit diu solida. Verum ubi longe abit
in duo cornua scinditur: respicitq; altero sicu-
lum pelagus: altero ionium: tota angusta & ali
cubi multo q̃ unde cœpit angustior. Interiora
eius aliæ aliæq; gentes. Sinistram partem Cau-

Parthenij. Dasarcte. Pheaces. Illyrici. Pyrei. Liburni Oricum Durachiũ. Apollonia. Salona Iadera. Nona. Traguriũ. Pola. Aeas fluuiꝰ Nar. Danubius. Tergeste. De Italia Apœninus

ni:& Veneti colunt togatam galliam. Tum ita lici populi Picentes. Ferentani. dauni. apuli. calabri. salentini. Ad dextram sunt subalpibus Ligures. sub apoenino hetruria. post latium. Volsei: campani. & super Lucaniam Brutij. Vrbiũ quae procul a mari habitantur opulentissimae sunt: ad sinistram Patauium Antenoris. Mutina & Bononia romanorum coloniae. Ad dextrã Capua a Tuscis & Roma quondam a pastorib9 condita. nũc si pro materia dicatur alterum opus. At in oris proxima est a tergeste Concordia. interfluit Timauus nouem capitibus exurgens uno ostio emissus. deinde Natiso non longe a mari ditẽ attingit Aquileiam. Vltra est altinum. Superiora late occupat littora padus. namq; ab imis radicibus uesuli montis exortus paruis se primum fontibus colligit: & aliquatenus exilis ac macer mox alijs amnibus adeo augescit atq; alitur: ut se per septem ad postremum hostia effundat. Vnum de ijs magnum padum appellant: inde tam citus prosilit: ut discussis fluctib9 diu qualem emisit: undam agat: suumq; etiam in mari alueum seruet: donec eũ ex aduerso littore Istrie eodem impetu profluens Ister amnis excipiat Hac re per ea loca nauigantibus: qua utrinq; amnes eunt inter marinas aquas dulcium haustus est. A pado ad

Varie italie gentes.

Patauium.
Mutina
Bononia.
Capua.
Roma
Concordia
Timauus.
Natiso.
Aquileia.
Altinũ.
Padi ortus

Magnus padus.

Rauenna Ariminum Metaurus. Esis. Ancona. unde. Picenum Piceni urbes. Firmum. Adria. Bucara Dauni Theanum. Garganus mons. Vrias sin9. Sipillum. Canusium Aufid9 flu. Ennius poeta. Rudie Calabrie.	Anconã transitur Rauenna. Ariminũ Pisaurũ fanestris colonia: flumen metaurus atq; esis. & illa in angusto illorum duorũ promõtoriorum ex diuerso coeũtiũ inflexi cubiti imagine sedẽs & ideo a grais dicta Ancona. Inter gallicas itali casq; gẽtes quasi terminus interest. Hæc enim prægressos Piceni littora excipiũt. in quibus humana potentia. clierna. cypra urbes. castella autẽ firmũ adria. truentinũ. Id ei fluuio: qui præterit nomẽ est. Ab eo Senogallia maritima habẽt enim fluminis ostia. Vrbes bucara & histonium. Dauni aũt Tifernum amnẽ: claterniã lucrinũ. theanũ. oppida. mõtemq; garganum. Sinus est continuo Apulo littore incinctus nomine Vrias modic9 spacio: pleraq; asper acessu. Extra Simponium: uł ut graij dixere Sipillum & flumen: quod canusiũ attingens: aufidũ appellant. post Barium & gnatia & Ennio ciue nobiles rudiæ. & in calabria Brũdusiũ. Valetium lupæ hydrus mõs. tum salentini campi. & salẽtina littora & urbs graia. Gallipolis. ¶ Huc usq; adria hucusq; italiæ latus alterum pertinet. Frons eius ĩ duo quidem se cornua sicut supra diximus scindit. Cæterũ mare. quod inter utraq; admisit tenuibus promõtorijs semel iterũq; distinguens nõ uno margine circuit: nec diffusum patensq;: sed per sinus recipit. Primus tarẽ

tinus dicitur inter promõtoria Salen & lacini-
um. In eoq; sunt Tarentus. metapõtũ. heraclea.
Croto. Turium Secũdus scyllaceus inter ꝓmõ
toria. Laciniũ & zephiriũ: ĩ quo est Petilia: car-
cinus. Scyllaceũ. mistræ. Tertius inter zephiri
um. & Brutiũ. Cõsentiã. Pauloniã: locrosq; cir
cũdat. In brutio sunt colonia regia rhegiũ. scyl-
la. taurinũ & metaurum. Hinc in tuscum mare
deflexus est: & eiusdem terræ latus alterũ mati-
cana Ioniũ. Iubon. & emi ca. clampetia. Blunda
Buxẽtũ. uelia. Palinurꝰ olifrigij gubernatoris
nũc loci nomen. Pæstanus sinus. Pæstum oppi
dum. Silerus amnis. picentia. petræ. quas syre-
nes habitauere. Mineruææ promõtoriũ. omnia
Lucaniæ loca. Sinus puteolanꝰ. Surrentũ. her
culanæũ. Vesuuij mõtis aspectꝰ. Pompeij. Ne
apolis. puteoli. Lacus lucrinus & auernus. Ba-
iæ Missenum: id nũc loci aliquãdo phrygij mi
litis nomẽ. Cumæ Linternũ. Vulturnꝰ amnis
Vulturnũ oppidũ. Amœna campaniæ littora
Sinuessa. liris. Minturne. Formiæ. fundi. terra
cina. Cyrces domus aliquãdo circeij. Antium.
aphrodisium. ardea. Laurẽtũ. ostia citra Tybe
rim in hoc latere sunt. Vltra pyrgi. anio castrũ
nouũ grabus. Cecosa. Telamõ. Populonia. Ce-
cina. Pisæ: hetrusca & loca & nomina. Deinde
Luna Ligurum & liguria: & Genua. & Sabatia

Tarentinꝰ sinus.
Tarentus
Metapõtũ.
Croto.
Turium
Scyllaceus sinus.
Petilia
Mistre
Consentia.
Brutij urbes.
Pestanus. sinns.
Pestum
Syrenum petre.
Minerue promõto.
Sinꝰ puteolanus.
Vesuuius
Lucrinus
Auernus.
Baie.
Missenum
Linternũ

& Albigaunū. Tum paulō & Varum flumina utraq; ab alpibus delapsa: sed uarum quia italiā finit aliquanto notius Alpes ipsæ ab ijs littoribus longe lateq; diffusæ: primo ad septētrionē magno gradu excurrunt: deinde ubi Germaniam attigerunt: uerso impetu in orientem abeūt direptisq; populis īmanibus usq; in thraciam penetrant.

Alpes

Gallia

¶ Gallia lemano lacu & gebennicis mōtib⁹ in duo latera diuisa. atq; altero tuscum pelagus attingens. altero oceanū. hinc a Varo illinc a Rheno ad pyreneum usq; promittitur. pars nostro mari apposita: fuit aliquādo braccata: nūc narbonēsis magis culta & magis consita: ideoq; etiam lætior. Vrbium: quas habet: opulētissimæ sunt uasco uocuntiorum. uienna alobrogum. auenio. canarum: arecomicorum. Nemausus. Tolossa. Tectosagum secundanorum. arausio sectanorum. arelate: septimanorumq; Blitera. sedantestatonis atacinorum: decimanorūq; colonia. unde olim ijs terris auxilium fuit: nunc & nomē & decus est martius narbo. In littoribus aliquot sunt cum aliquibus noībus loca. Cæterū raræ urbes: quia rari port⁹ & oīs plaga austro. atq; africo exposita ē. Nicea tāgit alpes. tāgit oppidū detiacū. tangit antipolis. Deinde est forum Iulij octauanorū colonia. Tūc

Braccata gallia.

gallie urbes

Nicea

Forū Iulij.

post antiopoli. & olbiã: & Laurió. & Citaris te
net & Lacidon massilietium port⁹. & in eo ipsa
Massilia. Hæc a phoceis oriũda: & olim iter as
peras posita: nũc ut pacatis ita dissimilimis tñ
uicina gẽtib⁹. mirũ q̃ facile & tũc sedẽ alienam
cœperit: & adhuc morẽ suũ teneat. Inter eam &
Rhodanũ maritima auaticorum stagno assidet
fossa mariana. ptẽ ei⁹ amnis nauigabilĩ alueo ef
fũdit. alioqn litt⁹ ignobile ẽ lapideũ (ut uocãt
) in quo herculẽ cõtra albiona & bergiõ neptu
ni liberos dimicãtẽ cũ tela defecissẽt ab inuoca
to ioue adiutũ ibre lapidũ ferũt. credas pluisse
adeo multi passim & late iacẽt. Rhodan⁹ nõ lõ
ge ab Istri rhreniq; fõtib⁹ surgit. deinde lema
no lacu accept⁹ tenet impetũ: seq; p mediũ inte
ger agẽs: quãtus uenit: egreditur: & inde cõtra
in occidentẽ ablatus aliquãdiu gallias dirimit.
Post cursu in meridiẽ abducto hac intrat. acces
suq; aliorũ amniũ iam grandis & subinde gran
dior iter uolcas & cauaras emittitur. Vltra sũt
stagna Volcarum. Ledum flumen. castellum la
tara. mesua collis incinctus mari pene undiq;:
ac nisi q̃ angusto aggere continenti annectitur
insula. Tum ex gebẽnis demiss⁹. Arausis iuxta
agatã secũdum bliteras obris fluit. atax ex pyre
neo mõte digress⁹: qua ui fõtis aqs uẽit exigu⁹
uadusq;. Est etiã ingẽtis alioqn aluei tenẽs: nisi

Massilia.
Fossa mari-
ana.
Hercules
Albion.
Bergios
Rhodanus
Stagna uol
carum
Mesua
Arausis
Obris.
Atax.

ubi narbonẽ attingit: nusq̃ nauigabilis: sed cũ hibernis itumuit imbribus: usq; eo solitus in surgere: ut se ipse nõ capiat. Lacus accipit eum Rubresus nomine spaciosꝰ admodum: sed qua mare admittit: tenuis aditu. Vltra est Leucata littoris nomen. & salsuse fons nõ dulcibus aqs defluens sed salsioribus & q̃ marinæ sunt. Iuxta campus minuta arundine: graciliq; peruiridis Cæterũ stagno subeũte suspẽsus. Id manifestat media pars eius: quæ abscissa proximis uelut i sula natat: pelliq; se atq; attrahi patitur: quin & ex iis quæ ad imũ perfossa sunt. suffusum mare ostenditnr. Vnde graiis nostrisq; etiam aucto- ribus: uerine ignorãtia an prudẽtibus etiã mẽ- dacii libidine uisum est tradere posteris: i ea re gione piscem & terra penitus erui: q; ubi ex alto hucusq; penetrauit per ea foramina ictu captã- tium interfectus extrahitur. Inde est ora Sordo nũ: & parua flumina thelis & thicis ubi accre- uere persæua. colonia Ruscino. uicus eliberre magnæ quondam urbis & magnarũ opũ tenue uestigiũ. Tum inter pyrenei promõtoria por- tus ueneris ẽ sinu salso: & ceruaria locus finis galliæ.

Rubresus. lacus. Leucata Salsule. Thelis. Thicis Ruscino. Portus ue- neris. Ceruaria Pyreneus.

¶ Pyreneus primo hinc in britãnicum procur rit oceanum: tum inter terras fronte cõuersus Hispaniam irrumpit: & minore eius parte ad

dexteram exclusa trahit perpetua latera cõtinu-
us per oẽm donec prouinciam longo limite im
missus: in ea littora: quæ occidenti sunt aduer-
sa; perueniat. Ipsa hispania: nisi qua gallias tan-
git pelago undiq; incincta est: ubi illis adæret:
maxime angusta paulatim se in nostrũ & ocea-
num mare extendit: magis magisq; latior ad oc
cidentẽ abit: ac fit ibi latissima. uiris. equis. fer
ro: plumbo: ære. argẽto auroq; & tam abũdãs
& adeo fertilis ut sicubi ob penuirã aquaꝝ effœ
ta & sui dissimilis ẽst: linũ tamen aut spartum
alat. Tribus aũt est distincta noĩbus. parsq; eiꝰ
Terraconẽsis. pars Betica. pars Lusitania uoca
tur. Terraconensis altero capite gallias. altero
beticam lusitaniãq; contingens. mari latera ob
iicit nostro. qua meridiem. qua septẽtrionẽ spe
ctat oceano. illas fluuiꝰ Anas separat. & ideo be
tica maria utraq; prospicit: ad occidẽtem atlan
ticum. ad meridiem nostrũ. Lusitania oceano
tãtũmodo obiecta est: sed latere ad septẽtriones
fronte ad occasum. Vrbium de mediterraneis ĩ
terraconensi clarissimæ fuerunt Pallãtia & nu-
mantia: nunc est Cæsaraugusta. In lusitania. E-
merita. In betica. Astagi. Ispalis. corduba. At si
littora legas. aceruaria proxima est rupes: quæ
in altum pyreneũ extrudit. Dein thicis flumen
ad rhodam clodianum ad Emporia. Tum mõs.

Hispania

Laus hispa.

Hispanie i tres ptes diuisio. Terraconensis.

Anas flu.

Betica.

Lusitania


Pallantia.

Numantia

Emerita

Corduba.

Mõs iouis.



Scale Annibalis. · Hispanie oppida · Rubrica · Taraxo flu. · Tulcis · Iberus · Ferraria p. · Durias. · Valentia. · Saguntus. · Carthago hispanie · Asdrubal

cuius parti occidenti aduersam eminẽtiam cautium: quæ inter exigua spacia ut gradu subinde consurgunt: scalas Annibalis appellant. Inde ad tarraconem parua sunt oppida Blandeluro. betullo. barchino. Subur. Tholobi. pua flumina: Betullo. Iuxta Iouis montẽ Rubrica. tũ in barchinonis littore inter subur & Tholobin maius taraxo. Vrbs est in his oris maritimarũ opulentissima. Tulcis. Eam modicus amnis super: Ingens iberus deorsum attingit. Inde se in terras pelagus ĩsinuat: & primũ magno impetu admissum. mox in duos sinus promontorio quod Ferrariam uocãt: finditur: prior suppronensis dicitur: maiorq; ac magno satis ore pelagus accipiens: & quo magis penetratur: angustior Sorobin & Duriam & Sucronem nõ magna excipit flumina. Vrbes complexus & alias quidem: sed notissimas Valentiam & saguntũ illam fide & ærumnis inclytam. Sequens ilicitanus Alonem habet: & lucẽtiam: & unde ei nomen est: ilicen. Hic iam terræ magis in altum eunt: latioremq; q̃ fuerat. hispaniam faciũt: uerum ab ijs: quæ dicta sunt: ad principia beticæ præter Carthaginem: quam dux pœnorum Asdrubal condidit: nihil referendum est. In illis oris ignobilia sunt oppida: & quorum mentio tantum ad ordinem pertinet. Virgi in sinũ quẽ

Virgitanum uocãt. Extra Aderas uelox. menobia. Malacha. Cisal. Dubal. acipiro. Berbesula aperit deinde angustissimum pelagus: & proxima inter se europæ: atq; africæ littora mõtes efficiunt: ut initio diximus: columnæ herculis abyla: & calpes: uterq; quidẽ sed calpes magis & pene totus in mare prominens. Is mirum in modum concauus. Ab ea parte qua spectat occasum: medium fere latus aperit: atq; inde ingressus totus admodum peruius prope quantũ patet sinus: & specus ultra est: In eoq; tartheia (ut quidam putant) aliquando tarthesos: & quam trãsuecti ex africa phœnices habitãt: atq; unde nos sumus: cingẽte ratũ. mellana & bello & besipho usq; ad iunonis promõtoriũ orã freti occupat. Illud iam in occidẽtẽ & oceanũ obliquo iugo excurrẽs: atq; ei qđ in africã ampelusiã eẽ dixeram⁹ aduersũ: quã nostra maria sunt: finit Europẽ. Gades insula quæ egressis fretũ obuia est: admonet ante reliquas dicere: q̃ in oceani littora terrarumq; circuitum: ut initio promisimus: oratio excedat. Pauce sunt in meotide. Inde eni uidetur cõmodissimũ incipere: neq; omnes tamẽ incolũtur. nec pabula quidẽ large ferũt. Hac re habitantibus caro magnorũ pisciũ sole siccata & i puluerẽ usq; cõtusa ꝑ farre ẽ. pauce & in põto. leuce borystenis ostio obiecta par

Obscura oppida

Columne herculis

Tarthesos.

Melle patria.

gades isula

De insulis.

Leuce.

Achillea ua admodum. & q ibi achilles situs est: achillea
Acollisaria cognomine. nō longe acollisaria: quæ Marti sa
Mirum de crata: ut fabulis traditur. tulit aues cum sūma
auibus clade aduenientiū pennas quasi tela iaculatas.
Peuce. Sex sūt inter istri ostia. Ex ijs Peuce notissima
Cymas. & maxima. Cymas mariādinorū finibus proxi
ma urbem habet: quam quia bithyni incolunt
bithynida appellāt. Contra thracium bospho-
rum duæ paruæ: paruoq distātes spacio: & ali-
quādo creditæ: dictæq concurrere: & cyaneæ
uocātur & symplegades. In propontide tātum
Symplega- proconesos habitatur. Extra hellespōtum earū
des. quæ asiaticis regionibus adiacent: clarissimæ
proconesos sunt Tenedos sigæis aduersa littoribus. & quo
Tenedos. dicētur ordine ad promōtorium tauri mōtis ex
Macarō in- positæ: quas quidā dici putauere Macaron: si-
sule. ue q fortunati admodum cæli soliq sunt: siue
Macar q eas suo suorumq regno Macar occupauerat
Lesbos In Troade lesbos. & i ea quinq olim oppida an-
Mitylene tisa. pyra. eresos. Ciraua mitylene. In Ionica chi
Chios. os & Samos. In Caria cos. In Lycia Rhodos. In
Samos. ill' singulæ sunt iisdē noibus urbes. In Rhodo
Cos. Rho- tres quondam erant Lindos: Camiros. Ielysos.
dos. Rho- quæ cōtra Tauri promōtorium importune na
di urbes uigantibus obiacent Chelidoniæ noīantur. In
Chelidonie sinu quem maximū asia recipit prope media cy
Cypros prus ad ortum occasūq se īmittens recto iugo

îter ciliciā Syriasq; porrigitur ingens: ut quæ
aliquando nomē regno cœperit: & nūc aliquot
urbes ferat. quarum clarissimæ salamis & pa-
phos: & quo primum ex mari uenerē egressam
accolæ affirmant. palæpaphos. Parabos etiā in
phœnice est parua: & quantum patet tota oppi
dum: frequens tamen: quia etiam super aliena
tecta sedem ponere licet: parua & Canopos nili
ostio: quod canopicum uocāt: obuia est. Mene-
lai gubernator Canobus ibi forte moriens no-
men insulæ illa ostio dedit Phares Alexandriæ
nunc ponte cōiungitur: olim ut homerico car-
mine proditum ē: ab eisdem oris cursu diei to-
tius abducta: & si ita res fuit: uideri potest con
iectantibus in tantum mutatæ causas Nilum
præbuisse: dum limū subinde: & præcipuæ cū
exundaret: littori annectens auget terras spaci
umq; augescentium in uicina uada promouet.
In africa contra maiorem syrtim cuteletos: con
tra minoris promōtoria meninx: & cercinna.
cōtra carthaginis sinum tarrichiæ & egatheæ
romana clade memorabiles. Plures Europe lit
toribus sūt appositæ. In ægeo mari prope thra
ciam Thasos. Imbros. samothrace. Scādile. po
lyagos. Scyathos: halonesos. & quam aliquādo
oībus qui mares erant. cæsis tantū fœminæ te-
nuisse dicūt atho mōti Lēnos aduersa Pagase9

Salamis.
Paphos.
Venus
Palepaphos.
Parabos
Caopos.
Canobus
Pharos.
Homerus.
Africe īsule
Egei insule
Lemnos
Pagaseus.

ſinus Scyathon proſpicit. ſciniſſon amplectit̃ Euboea ad meridiem promontorium gereſton & caphareum̃. ad ſeptētrionē caunum extrudit & nuſq̃ lata duum milium ſpaciū habet ubi ar-ctiſſima eſt: cæterum longa totiq; boetiæ appo-ſita anguſto freto diſtat a littore. Euripon uo-cant: rapidum mare & alterno curſu ſepties die ac ſepties nocte fluctibus inuicē uerſis: adeo i-modice fluens: ut uentos etiam ac plena uentis nauigia fruſtretur. Aliquot in ea ſunt oppida. Styra Eretria. pyrapeſſos. oechalia. uerum opu-lentiſſimæ Caryſtos & chalcis. Iñ attide helene ē nota ſtupro helenæ. & ſalamis excidio claſſis perſicæ notior. Circa peloponeſon etiā nūc ſin ægeo phitiuſa & ægina epidaurico littori pro-xima: Troezenio calauria inter ignobiles alias leto Demoſthenis nobilis. In myrthoo cythera cōtra maleā emiſſa: & Tegea. Niſſa cōtra acritā In ionio proſtirria. Cephalonia. neritos. Same Zacinthos. Dulichiū & iter nō ignobiles ulyſ-ſis noīe ithaca maxime illuſtriſ. Iu epiro echina-des. & olim Plotæ, Strophades. cōtra ambratiū ſinū Leucadia. & uicina adriaco mari Corcyra. hæ thracū graiorūq; terris obiacēt. at iteriꝰ me-los. olearos. ægina. cathō. ios. Thera. Gyaros. iporis. Dionyſſa. Cianos. Chalcis. icaria. Pina-ria. Niſyros. Lebynthos: calydnæ. aſine. hæ

Euboea

Euripos

Euboee oppida

Helene inſula.

Salamis

Aegina.

Calauria.

Demoſthenes.

Cythera

Ionij inſule

Ithaca.

Echinades.

Plote. Strophades.

Leucadia

Corcyra

quia dispersæ sũt. Sporades. Ab eis Cicinos. hi panos. Siphnos. Seriphos. henea. Paros. Syros Tenos. Mycõ. Naxos. delos. andros: qa ĩ orbẽ iacẽt Cyclades dictæ sũt. Sup eas iã ĩ medio mari ĩgẽs & cẽtũ quõdã urbib⁹ habitata Crete: ad oriẽtẽ pmõtoriũ Samoniũ: ad occidẽtem criu metopõ imittit nisi maior cẽt cypro simil. multis famigerata fabulis aduẽtu europæ. pasiphaes & Ariadne amorib⁹. Minotauri feritate fatoq;. Dædali opib⁹ & fuga. tũ statiõe atq; morte: maxime tñ eo q ibi sepulti iouis pene clarũ uestigiũ sepulcrũ: cui nomẽ ei⁹ ĩsculptũ cẽ accolæ ostẽdũt. Vrbiũ notissimæ Gnossos. gortyna lyctos. lycastos. olopixos. phestos: cydõ. Camoracusa. dyctina. Inter colles q ibi nutritũ iouẽ accipim⁹: fama Idei mõtis excellit. Iuxta ẽ asticla. Naumachos zephyre. grise. caudos & quas musagorus numero tres uno tamen uocabulo appellant: atq; unde carpathio mari cognomẽ est carpathos. In adria asporos. dicedalos. absyrtis issa. Ticana. Hydria. phlecirides. nigra corcira Lingarium Diomedia. Aestria. asine. atq; ut alexandrie ita Brundusio adiacens Pharos.

Sporades unde. Cyclades unde. Crete. Europa. Ariadne Minotaur⁹ Iouis sepulchrum crete urbes Mons ide⁹ Carpathos Adrie ĩsule

¶ Sicylia (ut ferũt) aliqñ cõtinẽs: & agro brutio ãnexa. p⁹ freto maris siculi abcissa ẽ. id ãgustũ & ãceps alterno cursu mõ ĩ tuscũ mõ ĩ ioniũ

Sicylia.

Scylla
Charybdis

pelagus perfluit: atrox. sæuũ & scyllæ charybdisq; sæuis numinibus inclytũ. Scylla saxũ est: charybdis mare. utrũq; noxium appulsis. Ipsa ingens & tribus promontorijs in diuersa procurrens græcæ litteræ imaginem quæ delta dicitur. efficit. Pachinum uocatur: quod græciã spectat. lilybæum quod in africam. Pelorũ qđ in italiam uergẽs scyllæ aduersum est causa nominis. Pelorus gubernator ab annibale ibidem conditus: quem idem uir profugus ex africa ac per ea loca Syriã petens: quia procul intuẽti uidebãtur continua esse littora: & nõ peruium pelagus: proditum se arbitratus occiderat. Ab eo ad pachinũ ora quæ extenditur ioniũ mare attingens hæc fert illustria Messanã. Taurominium Catinam. Megarida. Syracusas & in ijs mirabilem arethusam. fons est in quo uisuntur iacta in alpheum amnem: ut diximus: peloponesiaco littori infusum. unde ille creditur non se consociare pelago: sed subter maria terrasq; depressus huc agere alueum: atq; hic se rursus extollere. Inter pachynum & lilybeũ & agragas ẽ & heraclea & therme. Inter lilybeũ & pelorida Panorm9: & Imera. Interi9 uero Leontini & cẽturipinũ & hybla: alieq; cõplures. Famã habet ob cereris tẽplũ etna pcipua mõtiũ, Eryx maxĩe memorat ob delubrum ueneris ab ænea cõditũ.

Δ

Tria sicilie pmõtoria.
Pelorus
Annibal.

sicilie urb.
Arethusa.
Alpheus.

Agragas.

Hybla
Aetna. Erix

& ætna quæ cyclopas olim tulit: nunc assiduis
ignibus flagrat. De amnibus Imera referendus
quia ĩ media admodũ ortus ĩ diuersa decurrit:
scindẽsq; eam utrinq; alio ore in libycum alio ĩ
tuscum mare deuenit. Circa Siciliã ĩ siculo fre
to est Aeee: quã calypso habitasse dicitur. Afri-
cam uersus gaulos. melita. cosyra. Propius ita-
liam galata. & illæ septem quas æoli appellant
osteodes. Lipara. heratea. didyma. phenicussa.
ericussa Aetna ꝑpetuo flagrat igne. hiera & strõ
gyle & pithecussa. leucothea ænaria. Sidonia
capreæ. ꝓchyta. Põtie. pãdatoria. Sinonia. pal-
maria italico lateri citra tyberina hostia iacent
Vltra aliquot sunt paruæ dianium. Iginiũ. car-
bania. urgo Ilua: caparia. Duæ grandes fretoq;
diuisæ ethrusco: quarũ corsica littori propior ĩ
ter latera tenuis & lõga præter q̃ ubi aperta: &
marianæ coloniæ sũt. A barbaris colitur Sardi
nia africum pelagus attingẽs: nisi q̃ in occidẽ-
tem q̃ in oriẽtẽ angustius spectat: par & quadra
ta undiq; & nusq̃ nõ aliquãto spaciosior q̃ ubi lõ
gissima est: corsica. Cæterũ fertilis & soli q̃ cæ-
li melioris: atq; ut fæcũda ita pene pestilens. In
ea antiquissimi populorũ sũt ilienses. Vrbiũ an-
tiquissimæ Calaris & sulci. At in gallia quas re
ferre cõueniat solæ sunt Stoechades ab ora ligu
rũ ad massiliam usq; dispersæ. Baleares in hispa

Imera.
Calypso
Eolie septẽ
Corsica
Sardinia.
Stoechades
Baleares.

nia cõtra tarraconẽsia littora sitæ nõ longe iter se distant. & ex spacio sui cognominibus acceptis maiores minoresq; phibẽtur. Castella sũt in minoribus Samo & Mago: in maioribus palma: & polentia coloniæ. Ebusos e regione promõtorij: quod in suproñesi sinu Ferrariã uocãt eodem noĩe urbem habet: frumentis tãtum nõ fæcũda. ad alia largior: & omniũ aĩalium: quæ nocẽt: adeo expers: ut nec ea quidẽ quæ de agrestibus mitia sũt: aut generet: aut si inuecta sũt sustineat. Contra est. Colubraria cuius meminisse succurrit: q cum scateat multo ac malefico genere serpentum & sit ideo inhabitabilis tamen ingressis eam intra id spacium: quod Ebusitana humo circũsignauerunt: sine pernicie & tuta est: ijsdem illis serpentibus: qui solent obuios appetere: aspectum eius pulueris aliudue quod uerius: procul & cum pauore fugiẽtibus

Ebusos.

Colubraria

Ebusitane terre uis miranda.

¶ Põponij Mellæ cosmographi. Liber Terti9

DIcta est ora nostri maris. dictæ insulæ: quas amplectitur. restat illq circuitus: quem ut initio diximus: cingit ocean9 ingẽs & infinitũ pelagus & magnis æstib9 cõcitũ (ita enĩ mot9 ei9 appellãt) mõ inundat cãpos. mõ late nudat ac refugit. nũc alios aliosq; inuicẽ: neq; alternis accessib9 nũc ĩ hos: nũc ĩ illos ĩpetu uersũ: sed ubi ĩ oĩa littora: quã

Oceanus

Aestus

uis diuersa sint terrarũ insularũq; ex medio pariter effusũ ẽ. Rursꝰ ab illꝭ colligit̃. in mediũ & ĩ semetipsũ redit. tãta ui sẽp ĩmissũ: ut uasta etiã flumina retroagat. & ut terrestria deprehẽdat aĩalia: aut marina destituat. neq; adhuc satis cognitũ ẽ anhelitu ne suo id mũdꝰ efficiat: retractãq; cũ spiritu regeret undã undiq;: si ut doctioribꝰ placet: unũ aĩal est: an sint depressi aliqui specꝰ: quo reciproca maria residãt: atq; unde rursꝰ se exuberãtia attollãt: an luna causis tãtis meatibꝰ p̄beat. Ad ortꝰ certe eius occasusq; uariãt: neq; eodẽ assidue tẽpore: sed ut illa surgit ac demergit̃: ita recedere atq; aduẽtare cõperimꝰ. Huc egressos sequẽtesq; ea: quæ excuntibꝰ dextra sũt: equor atlãticũ & ora bæticæ frõtis excipit: q̃ nisi q; semel iterũq; paululũ ĩ semet abducitur: usq; ad fluuium anã pene recta est. Turduli & bastuli habitãt. In p̄ximo sinu portus est: quem gaditanum: & lucus quem oleastrum appellant. Tum castellum ebora in littore. & procul a littore asta colonia. extra iunonis ara templumq; est. In ipso mari monumentum Geryonis scopulo magis q̃ insule impositum. Betis ex terraconensi regione demissus per hãc fere mediã diu: sicut nascit̃: uno amne decurrit post ubi nõ lõge a mari grãdẽ lacũ facit quasi ex uno fonte geminꝰ exoritur: quãtusq; simplici

Varie de oceani estu opiniones

Anas flu.

Turduli.

Bastuli

Gaditanus portus

Ebora castellum

Asta colonia.

Betis.

alueo uenerat: tantus singulis effluit. Tum si-
nus alter usq; ad finem prouīciæ inflectit: eūq;
parua oppida olitingi. onolapa cōtingūt. At lu

Lusitania

sitania trans anam qua mare atlāticum spectat.
primum ingēti impetu in altū abit: deinde resi
stit: ac se magis etiam q̄ bætica abducit. qua p̄-
minet bis in semet recepto mari: in tria promō

Tria lusitaniae promō.

Cuneus

Sacrum.

Magnum.

toria dispergitur. Anæ proximū quia lata sede
procurrens paulatim se ac sua latera fastigiat:
cuneus ager dicit: sequēs sacrū uocant. magnū
quod ulterius est. In Cuneo sūt Mirtili balso. os
sonoba. In sacro latobrigal & portus Annibalis
In magno ebora. Sinus intersunt: & est in pro-

Tagus.

ximo Salacia. In altero ulyssipo. & tagi ostium
amnis aurum gemmasq; generātis. Ab ijs pro-
mōtorijs ad illam partem: quæ recessit: ingens
flexus aperitur. In eoq; sūt Turduli ueteres: tur
dulorumq; oppida. amnes autem ī medium fe-
re Munda ultimi promōtorij latus effluens: &

Mūda flu.

Durius

radices eiusdem abluens. Durius frons illa ali-
quādiu rectam ripam habet: deinde modico fle
xu accepto mox paulū eminet: tum reducta ite-
rum iterūq; recta margine iacens ad promōto-

Groni

rium: quod celticum uocamus: extēditur. totā
celtici colunt: sed a durio ad flexum groni. flu-
untq; per eos Auo celādus. Nebis minius & cui

Limia obliuionis flu.

obliuionis cognomen est Limia flexus ipse Lā-

briacam urbẽ amplexus recipit fluuios. Iæros. & illã partẽ: quæ prominet: præsamarchi habi tãt: pq; eos tamaris & Sars flumina nõ lõge orta decurrũt. tamaris secũdũ Ebora pontũ. Sars iuxta turrẽ augusti titulo memorabilẽ. cætera super tamariçi neriiq; incolũt in eo tractu ultimi. ¶Hactenus enim ad occidẽtẽ uersa littora pertinẽt: deinde ad septẽtriones toto latere terra cõuertit. a celtico promõtorio ad sythicũ usq; perpetua ei9 ora: nisi ubi modici recessus ac parua promõtoria sũt ad cãtabros pene recta ẽ. In ea primũ artabri sũt. & ianasũ celticæ gẽtis deinde astures. In artabros sin9 ore angusto ad mixtũ mare: nõ angusto ambitu excipiẽs adrobicũ urbẽ & quattuor amniũ ostia ĩcingit. duo etiã inter accolẽtis ignobilia sũt per alia Ducamaris exit in libyca. In asturũ littore noega ẽ oppidũ: & tres aræ: quas sestianas uocãt in pẽninsula sedent: & sũt augusti noĩe sacræ: illustrant q; terras ante ignobiles. at ab eo flumine: quod saliã uocãt: ĩcipiũt oræ paulatĩ recedere. & latæ adhuc hispaniæ magis magisq; spacia cõtraherĩ usq; adeo semet & terras angustantib9: ut earũ rerũ spacium inter duo maria dimidio minus sit: qua galliam tangũt: q̃ ubi ad occidẽtem littus exporrigũt. Tractũ Cantabri & uarduli tenent. Cantabrorũ aliquot populi amnesq; sunt

Leros.

Tamaris.

Turris augusti.

Artabri

Astures.

Ducamaris

Noeta oppidum.

Sestiane are

Cantabri.

Varduli

sed quorũ noĩa nostro ore concipi nequeant: p̃-
cundi. & salenos. sauriũ. Per auriginos & orge
nomes quosdã nasa descẽdit: & deuales tritono
belũte cingit: & detũ aturia sonãs. Sauso & ma
grada. Varduli una gens hinc ad pyrenei iugi
promõtoriũ ptinẽs claudit hispanias. ¶ Sequi

Gallia

tur galliæ latus alterũ: cuius ora primo nihil p̃
gressa in altum: mox tãtundẽ pene in pelagus ex
cedens quãtum retro hispania abscesserat cãta-
bricis fit aduersa terris: & grãdi circuitu affle-
xa ad occidẽtẽ littus aduertit. Tunc ad septẽtri
ones cõuersa iterum longo rectoq; tractu ad ri
pas rheni amnis expandit. Terra est frumẽti p̃-
cipue & pabuli ferax & amœna lucis ĩmanibus
quicquid ex satis frigoris ĩpatiens est ager nec
ubiq; alit: & noxio genere aĩalium minime fre-

Gallorum mores

quẽs. Gentes superbæ. supstitiosæ. aliquando
etiã ĩmanes adeo ut hoĩem optimam & gratissi-
mã dijs uictimã crederent. manẽt uestigia ueri
tatis iã abolitæ: atq; ut ab ultimis cædibus tem
perãt: ita nihilominus ubi deuotas altaribus ad-
mouere: delibant. habẽt tamẽ & facundiã suam

Dryude

magistrosq; sapientiæ dryudas. Hi terræ mun-
diq; magnitudinẽ & formã motus cæli & side-
rum: ac quid dij uelint: scire profitẽtur/docent
multa nobilissimos gentis clam & diu uicenis
annis in specu: aut in abditis saltibus. unum ex

ijs quæ præcipiũt in uulgus effluxit: uidelicet ut forẽt ad bella meliores æternas esse aĩas: uitãq; alterã ad manes. itaq; cũ mortuos cremant ac defodiunt: apta uiuẽtib⁹ olim negociorum ratio etiã & exactio crediti deferebatur ad inferos: erantq; qui se in rogos suorũ uelut una uicturi libenter ĩmitterẽt. Regio quã ĩcolũt oĩs comata gallia. Populorũ tria sũma noĩa sũt: terminãturq; fluuijs ĩgẽtibus. nã a pyreneo ad garũnam aquitania ab eo ad sequanã celtæ. ĩde ad ad rhenum pertinẽt Belgæ. Aquitanorũ clarissimi sunt ausci Celtarũ hedui. Belgarũ treueri Vrbesq; opulentissimæ in treueris augusta. In heduis augustudunũ. In aucis heliumberrum. Garumna ex pyreneo monte delapsus nisi cum hyberno imbre aut solutis niuibus intumuit: diu uadosus: & uix nauigabilis fertur. At ubi obuius oceani exestuantis accessibus adauctus est: ijsdemq; retro remeantibus suas illiusq; aquas agit: aliquantum plenior: & quanto magis procedit: eo latior fit:. ad postremum magni freti similis nec maiora tantum nauigia tolerat: uerum etiam more pelagi seuientis exurgens iactat nauigantes: atrociter utiq; si alio uẽt⁹ alio unda p̃cipitat. In eo est insula Antros noĩe: quã pẽdere & attolli aqs ĩcrescẽtibus iõ ĩcolę existimãt: qa cum uideat editior aquis

Comata gallia.
Gallie diuisio.
Gallie urbes opulẽ.
Garumna.
Antros.

obiacet: ubi se fluctus impleuit illã operit: nec
ut prius tãtum ambit: & q̃ ea quibus ante ripæ
collesq; ne cernerẽt obstiterãt: tũc uelut ex loco
superiore perspicua sunt. A Garumnæ exitu la
tus illud incipit terræ procurrẽtis in pelagus
& ora cantabricis aduersa littorib9 alijs popul'
media eius habitãtib9 ab santonis ad osismos
usq; deflexa. Ab illis enĩ iterum ad septẽtriones
frõs littorũ respicit: pertinẽtq; ad ultimos gal-
licarum gentiũ Morinos: nec portu: quẽ geso-
riciacũ uocãt: quicq̃ habẽt notius. Rhenus ab
alpibus decidens prope a capite duos lacus effi
cit uenetũ & acromũ. mox diu solidus: & certo
alueo lapsus haud procul a mari huc & illuc dis
pergitur: sed ad sinistrũ amnis etiam tum & do
nec effluat rhenus ad dexterã primo angustus
& sui similis. post ripis lõge ac late recedẽtibus
iam nõ amnis sed ingens lacus ubi cãpos imple
uit fleuo dicitur eiusdẽq; nois insulã amplexus
fit iterum arctior iterũq; fluuius emittit.

Morini.

Rhenus

Germania.

¶ Germania hinc ripis eius usq; ad alpes. a me
ridie ipsis alpibus. ab oriẽte sarmaticarũ confi-
nio gẽtiũ. qua septẽtrionẽ spectat oceanico lit
tore obducta est. Qui habitãt imanes sunt ani-
mis atq; corporib9: & ad insitã feritatem uaste
utraq; exercent bellãdo aĩos: corpora ad cõsue-
tudines laborũ maxĩe. frigora nudi agũt: anteq̃

Germanorũ mores.

puberes sint. & lõgissima apud eos pueritia est. uiri sagis uelãtur aut libris arborũ. quãuis sæua hyeme nãdi nõ patientia tantũ illis: studium etiã est. bella cum finitimis gerunt. causas eorum ex libidine accersunt: neq; imperitãdi prolatãdiq; quæ possident. Nam ne illa quidẽ enixe colunt: sed ut circa ipsos quæ iacẽt uasta sint. Ius in uiribus habent adeo: ut ne latrocinij quidem pudeat: tantũ hospitib⁹ boni. mitesq; supplicibus uictu ita asperi incultiq; ut cruda etiã carne uescant. aut recenti aut cũ rigentẽ in ipis pecudũ ferarũq; corijs manib⁹ pedibusq; subigendo renouarũt. Terra ipsa multis ĩpedita fluminibus. multis montibus aspera: & magna ex parte siluis ac paludibus inuia. Paludũ Suesia Mesia & melsiagũ maxime. Siluarũ hercynia & aliquot sunt quæ nomẽ habẽt: sed illa dierum sexaginta iter occupãs ut maior alijs. ita & noti or. Mõtiũ altissimi Taunus & rhetico: nisi quorum noĩa uix est eloqui ore romano. Amniũ in alias gentes exeũtiũ Danubius & rhodan⁹. in rhenũ mœuis & lupia. In oceanũ amisi⁹ urbis & albis clarissimi Super albin codanus ingens sinus magnis paruisq; insulis refertus est. Acre mare quod gremio littorum accipitur: nusq̃ late patet nec usq̃ mari simile uerũ aquis passim interfluẽtibus: ac sæpe trãsgressis uagum atq;

Hercynia

Taunus

Danubius.

Rhodanus

Amisius fluuius.

Albis.

diffusũ facie amniũ spargitur. qua littora attin git ripis cõtentum insularũ nõ lõge distãtibus & ubiq; pene tantũdẽ: ut angustũ & par freto: curuãsq; subĩde se lõgo supcilio inflexũ ẽ. In eo sũt ibri & teutoni. ultra ultimi germaniæ her mones. ¶ Sarmatia intus q̃ ad mare latior. ab ijs quæ sequũt insula amne discreta. qua retro abit usq; ad istrũ flumẽ ĩmittit. gens habitu ar misq; parthicæ proxima: uerũ ut cæli asperio ris: ita ingenij. nõ se urbib⁹ tenet: & ne statis q dem sedib⁹: ut inuitauere pabula ut cædens & sequẽs hostis exigit: ita res opesq; secũ trahens semp castra habitat bellatrix. libera indomita. & usq; eo ĩmanis atq; atrox ut fœminæ etiã cũ uiris bella ineãt: atq; ut habiles sint: natis stati dextra adurit̃ mãma. Inde expedita in ictus ma nus: quæ exerit̃ uirile fit pectus. arcus tendere equitare. uenari: puellaria pensa sunt. ferire ho stẽ adultarũ stipẽdiũ est: adeo ut nõ percussisse pro flagitio habeat̃. sitq; eis pœnæ uirginitas ¶ Indæ asiæ cõfinia. nisi ubi perpetuæ hyemes sedent & intolerabilis rigor: scythici populi in colũt fere oẽs etiã in unũ Belgæ appellati. In asi atico littore primi hiperborei sup aqlonẽ Rhi pheosq; mõtes sub ipo siderũ cardine iacẽt: ubi sol nõ quottidie ut nobis sed primũ uerno æq noctio exortus autũnali demum occidit. & iõ

Teutoni.
Sarmatia
Sarmatarũ mores.
Hypborei.

sex mẽsib⁹ dies: & totidẽ aliis nox usq; cõtinua
est. Terra angusta. aprica. per se fertilis culto-
res iustissimi: & diutius: q̃ ulli mortaliũ: & bea
ti⁹ uiuũt. Quippe festo semp ocio læti nõ bel

Hyperboreorum mores

la nouere. nõ iurgia. sacris operati maxime apol
linis: quorũ primitias delõ misisse initio p uir-
gines suas: deinde per populos subinde traden-
tes ulteriorib⁹: moréq; eum diu & donec uitio
gentiũ tẽperatus est: seruasse referũt. habitant
lucos syluasq;. & ubi eos uiuẽdi satietas magis
q; tediũ cepit: hylares redimiti sertis semetipsi
in pelagus ex certa rupe præcipiti dãt. Id eis fu
nus eximiũ ẽ. ¶ Mare caspiũ ut angusto: ita lõ-

Caspium mare

go etiã freto primũ terras quasi fluuius irrum
pit: atq; ubi recto alueo influxit: i tres sinus dif
funditur cõtra os ipsũ in hyrcanũ. ad sinistram
in scythicum ad dextrã in eum quẽ proprie &
totius nois caspium appellant. oẽ atrox. sæuũ
sine portibus. procellis undiq; expositũ: ac bel
uis magis q̃ cætera refertũ: & ideo minus naui
gabile: ad ĩtroeũtiũ dextrã scythæ nomades fre

Scythe nomades.

ti littoribus insident. Intus sunt ad caspiũ sinũ
caspii & amazones: sed quas sauromatidas ap-

Caspii.

Amazones

pellant. ad hyrcanũ Albani. & Moschi. & hyrca
ni. In scythico amerdi & pæstici. etiam ad fretũ

Albani.

derbices. Multi in eo sinu magni puiq; amnes
fluunt: sed qui famã habent ex ceraunis monti

bus uno alueo descẽdit duobus exit in caspium

Araxes

araxes tauri latere demissus. quoad cãpos arme niæ secat: labitur placidus & silẽs: neq; in utrã partẽ eat: q̃mq̃ intuearis: manifest⁹. cũ in asperiora deuenit hinc atq; illinc rupibus pressus: & quãto angustior: tãto magis pernix. frangit se subinde ad opposita cautium atq; ob id ingẽti cũ murmure sonãsq; deuoluit adeo citus: ut qua ex præcipiti casur⁹ est: in subiectã nõ declinet statim undã: sed ultra q̃ canalẽ habet: euehat plus iugeris spatio sublimis: & aquis pẽdẽtib⁹ semetipm sine alueo ferens. deinde ubi incuru⁹ arcuatoq; amne descendit: fit trãquillus iterũq; per cãpos tacitus & uix fluens. In id littus elabitur cyrus & cãbyses ex radicibus corsiti montis uicinis editi: & in diuersa abeunt pq; hiberas & hyrcanos diu & multum distãtib⁹ alueis defluũt. post non longe a mari eodẽ lacu accepti in hyrcanum sinum uno ore perueniũt

Cyrus

Cambyses.

Laxartes.

Oxos

Laxartes & oxos per deserta scythie ex surdianorũ regionibus in scythicũ exeunt. ille suo fonte grandis. hic in cursu aliorũ grãdior & aliquandiu ad occasũ ab oriẽte occurrẽs iuxta dacas primũ inflectitur: cursuq; ad septẽtrionẽ cõuerso inter amardos & pesicasos aperitur. Sylue alia

Tigres.

quoq; dira animalia uerũ & tigres ferũt: utiq; hyrcaniæ sæuum ferarũ genus: & usq; eo per-

nix ut illis lōge quoq; progressum equitem cōsequi: nec tantum semel: sed aliquotiens etiam cursu unde cœperit: subide repetito solitū & facile sit. Causa ex eo est ꝙ ubi ille interceptos earū catulos citus cœpit auehere: & rabiē appropinquātiū frustratur⁹: astu unum de pluribus omittit. hæ proiectū accipiūt: & ad cubilia sua referunt: rursumq; & sæpius remeāt atq; idem efficiūt: donec ad frequētiora q̄ adire audeāt: ꝑfugus raptor euadat. ¶ Vltra caspiū sinum qd nā esset: ambiguū aliquādiu fuit. Idē ne ocean⁹ an tellus infesta frigoribus sine ambitu: ac sine fine proiecta sed præter phisicos homerūq; qui uniuersum orbē mari circūfusum esse dixerūt Cornelius nepos: ut recentior auctoritate: sic certior. testē āt rei. Q. Metellum celerē adijcit eumq; ita retulisse cōmemorat. Cum gallijs ꝓcōsul præesset indos quosdam a rege boiorum dono sibi datos: unde in eas terras deuenissent reqrēdo: cognosse ui tēpestatū ex indicis æquoribus abreptos emensosq;: quæ intererāt tādē i germaniæ littora exijsse. Restat ergo pelagus. sed reliqua lateris eiusdē assiduo gelu durātur: & ideo deserta sunt. His oris quas angulo bæticæ ad hucusq; perstrinximus multæ ignobiles insulæ & sine noībus etiā adiacent: sed earū: q̄s præterire nō libeat. Gades fretum attingit eaq;

Homerus
Phisici
Cornelius.
Nepos.
Q. Metellus. Celer

Gades.

a cõtinenti angusto spacio & ueluti flumine ab
scissa. qua terris propior ẽ pene rectã ripã agit
qua oceanum spectat duobꝰ promõtorijs eue-
cta ĩ altũ mediũ littꝰ abducit. & fert ĩ altero cor
nu eiusdẽ noĩs urbem opulentã. in altero tẽplũ

Herculis templum

ægyptij. herculis cõditoribus. religione. uetu
state. opibꝰ illustre. Tyrij cõdidere. cur sanctũ
sit: ossa eius ibi sita efficiunt. annorũ quis ma-
net ab iliaca tẽpestate principia sũt. opes tẽpus

Erythia Geryonis.

aluit. In lusitania erythia: quã geryone habita-
tã accepimꝰ: aliæq; sine certis noĩbus adeo agri
fertiles: ut cum semel sata frumẽta sint: subin-

Mira agrorum.

de recidiuis seminibꝰ segetẽ nouãtibus septem
minime inter plures etiã messes ferãt. In celti-
cis aliquot sunt quas quia plumbo abũdãt uno

Cassiterides unde. Sena. Gallicene antistites.

oẽs noĩe cassiterides appellãt. Sena in britãni-
co mari o sismicis aduersa littoribus gallici nu-
minis oraculo insignis est: cuius antistides per
petua uirginitate sanctæ numero noué esse tra
dunt. Gallicenas uocãt: putãtq; ĩgenijs singu-
laribus præditas: maria ac uẽtos concitare car-
minibꝰ. Seq; in quæ uelint aĩalia uertere. sana-
re: quæ apud alios insanabilia sunt. scire uẽtura
& predicare. sed nõ nisi dedita nauigãtibꝰ: & in
id tantum: ut se cõsulerent: profectis.

Britannia.

¶ Britania qualis sit: qualesq; ꝓgeneret: mox
certiora & magis explorata dicent. Quippe tã

diũ clausam aperit ecce principũ maximus nec
indomitarũ modo ante se: uerũ ignotarũ quo-
q; gẽtium uictor: propiarum rerũ fidẽ ut bello
affectauit ita triũpho declaratur⁹ portat. Cæte
rũ: ut adhuc habuim⁹ inter septẽtrionẽ occidẽ
temq; proiecta grãdi angulo rheni ostia prospi
cit. deinde obliqua retro latera abstrahit. alte-
ro galliã. altero germaniã spectãs tũ rursus per
petuo margine directi littoris ab tergore abdũ
cta: iterum se in diuersos angulos cuneat triq-
tra & Siciliæ maxime similis. plana: ingens. fæ
cunda: uerum ijs quæ pecora q̃ hoĩes benigni-
us alant. Fert nemora saltus ac prægrandia flu
mina alternis motibus modo in pelagus mõ re
tro fluentia: & quædã gẽmas margarytasq; ge-
nerãtia. Fert populos regesq; populorum. sed
sunt inculti omnes: atq; ut lõgius a continenti
absunt: ita aliarum opum ignari magis. tãtum
pecore ac finibus dites: incertum ob decorem:
an quid aliud ultro corpora infecti. Causas au
tem & bella cõtrahũt: ac se frequẽter inuicem
infestãt: maxime imperitãdi cupidine studioq;
ea platãdi: quæ possidẽt. Dimicãt nõ equitatu
mõ aut pedite: uerũ & bigis & curribꝰ gallice
armati. Couinos uocãt: quorũ falcatis axibus
utũtur. Super britãniã iuuerna ẽ: pene par spa
tio. sed utriq; eq̃lis. tractu littorũ oblõga. cœli

Britannorũ mores.

Picti britãni.

Couini.

Iuuerna

ad maturanda semina iniqui. uerum adeo luxu
riosa herbis nō lætis modo: sed etiā dulcib⁹: ut
se exigua parte diei pecora impleāt: & nisi pabu
lo prohibeātur: diutius pasta dissiliant. Culto
res eius icōditi sūt & oium uirtutum ignariq̄
aliæ gentes: aliquaten⁹ tamē gnari. pietatis ad
modū expertes. Triginta sunt orchades angu
stis inter se ductæ spacijs. Septē hemodes con
tra germaniā uectæ in illo sinu: quē codanum
dixim⁹. Ex ijs Codanonia quā adhuc Teutoni
tenēt: & ut fæcūditate alias: ita magnitudie an
te stat. Quæ Sarmatis aduersa sūt ob alternos
accessus recursusq; pelagi & quot spacia quis di
stāt: mō opiūt undis: mō nuda sūt. alias insule
uidēt alias una & cōtinens terra. In his eē cenæ
as: q ouis auiū palustriū: & auenis tantū alātur
esse equinis pedibus pippopodas: & Satmalos
quibus magnæ aures & ad ambiendum corpus
ne patulæ: nudis alioquin prouecti sunt præ
terq̄ quod fabulis traditur auctores etiā quos
sequi non pigeat: Inuenio. Túle belgarum litto
ri apposita est graijs & nostris celebrata carmi
nibus. In ea q sol longe occasurus exurgit bre
ues utiq; noctes sunt: sed per hyemē sicut alibi
obscuræ. æstate lucidæ: q per id tēpus iam se al
tius euehens: q̄mq̄ ipse non cernatur: uicino tñ
splēdore proxime illustrat. per solsticium uero

Orchades. Hemodes. codanonia. Hippopodes. Satmali. Túle.

nullæ:ꝙ tũ iá mãifeſtior nõ fulgore modo: ſed ſui quoqꝫ ꝑté maximã oſtentat. Talge in caſpio mari ſine cultu fertilis omni fruge ac fructib⁹ abũdãs. Sed uicini populi quæ gignũt attingere nefas:& pro ſacrilegio hñt:dijs parata exiſtimãtes:dijſqꝫ ſeruãda. Aliquot & illis oris:q̃s deſertas dixim⁹:æque deſerte adiacẽt:quas ſine ꝓprijs noĩb⁹ ſcythicas uocãt. Ab ijs ĩ eoꝝ ẽcurſus inflectit̃ ĩnqꝫ orã terræ ſpectãtis orientẽ ꝑtinet. hæc a ſchytico promõtorio appoſita primũ oĩs quæ eſt inuia:deinde ob ĩmanitatẽ habitãtiũ inculta. Schytæ ſunt androphagæ & ſagæ diſtincti regiõe:quia feris ſcatet: inhabitabili. uaſta deinde iteꝝ loca beluæ infeſtãt: uſqꝫ ad mõtẽ mari ĩminẽtẽ noĩe thabin. Lõge ab eo Taurus attollitur. Seres interſũt gen⁹ plenũ iuſticiæ & cõmertio:ꝙ rebus in ſolitudine relictis abſens peragit.

Talge.

Schytice i. ſule

Taurus

Seres.

India

¶ Notiſſima India nõ eoo tantũ appoſita pelago:ſed & ei quod ad meridiẽ ſpectans indicũ diximus:& hinc tauri iugis. ab occidẽte inde finita:tãtum ſpaciũ littoris occupat quãtum ꝑ ſexaginta dies noctelqꝫ uelificãtib⁹ curſus eſt. Ita multũ a nr̃is abducta regiõib⁹:ut in aliqua ꝑte eius neuter ſeptẽtrio appareat:aliterqꝫ q̃ ĩ alijs oris umbræ rerũ ad meridiẽ iacẽt. Cæterũ fertil:& uario genere hoĩum alioꝝqꝫ aĩalium ſca

Formice canibus pares.

tet. Alit formicas nõ min⁹ maximas canib⁹: q̃s
more gryphorũ aurũ penitus egestũ cũ sũma p
nicie attingentiũ custodire cõmemorãt. Imma
nes & serpẽtes aliq̃ ut elephãtes morsu atq; am

Mira Indie ubertas.

bitu corpis afficiãt. Tã pinguis alicubi & tam
feracis soli: ut in ea mella frõdibus defluãt. La
nas syluæ ferãt. Arũdinũ fissa internodia uelu
ti nauitas binos & q̃dã ternos etiã uehãt Culto

Indorũ mores.

rũ habitus moresq; dissĩles. Lino alij uestiunt
aut lanis: q̃s diximus. alij ferarũ auiũq; pellib⁹
ps nudi agũt. pars tñ obscena uelati. alij hũi
les paruiq;. alij ita proceri & corpe ingẽtes: ut
elephãtis etiã & ibi maximis: sicut nos eq̃s faci
le atq; habiliter utant. Quidã nullũ aĩal occide
re. nulla carne uesci optimũ existimãt. Quosdã
tñ pisces alũt. quidã pximi parẽtes priusq̃ an
nis aut ægritudine ĩ maciẽ eãt: uelut ostias cæ
dunt: cæsorũq; uisceribus epulari fas & maxĩe

Summa ad mortem alacritas.

piũ ẽ. At ubi senectus aut morb⁹ incessit: pcul
a cæteris abeũt: mortẽq; in solitudine nihil an
xij expectãt. prudẽtiores: cis qb⁹ ars studiũ sa
piẽtiæ cõtingit: nõ expectãt eã: sed ĩgerẽdo se

Nysa. Meros

met ignib⁹ læti & cũ glĩa arcessũt. Vrbiũ quas
incolũt: sũt autẽ plurimæ: Nysa est clarissima

Vbi liber pater natus nutritusq;.

& maxĩa. mõtiũ Meros Ioui sacer. famã hinc p
cipuã hñt. in illa gentiũ. In hui⁹ specu liberũ ar
bitrãtur esse nutritũ. uñ græcis auctorib⁹: ut

femori Iouis insutũ diceret: aut materia ingres sit: aut error. Oras tenẽt ab indo ad gangẽ Palibotri. a gãge ad solida nisi ubi magis q̃ ubi habitet: exæstuat. atre gẽtes. & quodamõ æthiopes. Ab iolide ad cudũ recta sũt littora: timidiq; ppli & marinis opib9 aphati dites. Tamos pmõtoriũ ẽ: qd Taur9 attollit collis alteri9 ptis angul9 initiũq; lateris ad meridiẽ uersi. gãges & Indus ãnes. ille multis fõtib9 ĩ hæmo mediæ mõte cõceptus: simul unũ alueũ facit: fit oĩum maximus & alicubi latius. quãdo angustissime fluit decẽ milia passuũ patẽs. in septẽ ora dispgit. Indus ex mõte caroparnasso exort9: & alia quidẽ flumina admittit. Sed clarissima copem agasinũ. hydaspen: cõceptãq; plurib9 alueis undã lato spacio trahit. hic pene gãgẽ magnitudĩe exequat. Post ubi aliquot sæpe magnis flexib9 cingit iugũ ĩgẽs: iteꝝ rectus solidusq; descẽdit donec ad leuã dextrãq; se diducẽs duobus ostijs lõge distãtib9 exeat. ad Tamũ ĩsula ẽ chryse. ad gãgẽ argyre. altera aurei soli: ita ueteres tradiderẽ altera argẽtei. atq; ita: ut maxĩe uideẽ aut ex re nomẽ: aut ex uocabulo fabula ẽ. Taprobane aut grandis admodũ insula: aut prima ps orbis alteri9: hyparch9 dr: sed qa habitaẽ nec qsq̃ circũ eã eẽ tradit: ppe uerũ ẽ. Cõtra ĩde illa ostia sunt: q̃ uocãt solis adeo inhabitabilia. ut ingres

Tamos. Ganges Indus. Hydaspes. Chryse. Argyre. taprobane. Solis ostia.

sos uis circũfusi aeris examinet cõfestĩ: & inter ipsa ostia rara tenet regio ob æstus ĩtolerabiles alicubi cultorib⁹ egẽs. Inde ad principia rubri maris ꝑtinet ipsa inuia: atq; deserta. humus cineri magis fit q̃ pulueri silis. Ideoq; per eã rara & nõ grãdia flumina emanãt: quorũ Tuberonẽ & Arusacẽ notissima accepim⁹. Rubrũ mare græci siue quia eius coloris est, siue quia ibi Erythras regnauit: Erythrã thalassam appellãt ꝓcellosũ: asperũ mare profundũ & magnorum aĩaliũ magis q̃ cætera capax: primo recedẽtis oras æqualiter ĩpellit. Et ut nõ intret interi⁹ aliquãtũ patẽs sin⁹ erat: sed quas ripas inflexerat bis irrũpit: duosq; iterũ sinus aperit persic⁹ uocatur: dictis regiõib⁹ proprior: arabicus ulterior. Persicus quã mare accipit utrinq; rectis laterib⁹ grãde ostiũ quasi ceruice cõplectit. Dein de terris in oẽm partẽ uaste & æqua portiõe cædẽtibus magno littorũ orbe pelagus incingens reddit formã capitis humani. Arabici & os arctius & latitudo minor est. maior aliquãto recessus & mltomagis lõga latera iuit penit⁹. Introrsusq; dũ ægyptũ pene & mõtẽ arabiæ Casium attingit: quodã fastigio minus: ac min⁹ latus. Et quo magis penetrat angustior. Ab iis q̃ diximus: ad sinũ persicũ: nisi ubi chelonophagi morãt: deserta sũt. In ipso Carmanij nauigã-

Tubero & arusaces flumina.

Rubrũ mare.

Sinus persicus: & Arabicus.

Chelonophagi.

Carmanij

tium dextera positi sine ueste ac fruge. sine pe-
core ac sedib⁹. pisciū cute se uelāt. carne uescūt
præter capita toto corpe hirsuti. Interiora Ge-
drosi. de hinc persæ habitāt. Setis per carmani/
os. supra sandis & coros effluūt. In parte q̄ pe-
lagi ostio aduersa est: babiloniorꝝ fines chaldæ
orūq; sūt. & duo clari amnes. Tigris persidi ꝓ-
prior. ulterior euphrates. Tigris ut nat⁹ est ita
descēdēs usq; ad littora pmeat. Euphrates ima-
ni ore apto nō exit tm̄ uñ orit: sed & uaste quo-
q; decidit: nec secat cōtinuo agros late diffusus
in stagna diu sedētib⁹ aquis piger & sine alueo
patulis. post ubi marginē rupit: uere fluuius:
acceptisq; ripis celer & fremēs per armenios &
capadocas occidētē petit: ni taurus obstet i nr̄a
maria uēturus. Inde ad meridiē auertit: & pri
mū syros: tum arabas ingressus: non perdurat
in pelagus: uerū ingēs mō & nauigabilis. inde
tenuis riuus despect⁹ emorit: & nusq̄ manife-
sto exitu effluit: ut alij amnes; sed deficit. alterꝝ
latus ambit plagaiquæ inter utrūq; pelagus ex
currit arabia dicit: cognomē eudæmō angusta
uerū cinnami & thuris aliorūq; odorū maxime
ferax. Maiorē sabæi tenēt partē ostio proximā
& carmanijs cōtrariā magnæ. frontē; quæ iter
ostia ostēdit sylue cautesq; exasperant. aliquot
sūt in medio isulæ sitæ. Ogyris q̄ i ea Erythræ

Gedrosi.
Setis.
Sandis.
Tigris
Euphrates
Arabia Eu
demon.
Sabei
Ogyris.
Erythra rex.

regis monumẽtũ ẽ magis clara: q̃ cæteræ. alterũ signũ undiq; arabes incingũt ab ea pte: q̃ introeũtib⁹ dextra est. Vrbes sunt Cara & arabia & gadanı⁹. In altera ab intimo ãgulo prima beronice iter hieropoliticũ: & scrobilũ. Deide inter promõtoria moronenon: & collaca philopetris & phiomał ultra arsinoe & alia beronice. Tũ sylua q̃ hebenũ odoresq; generat: & manufact⁹ ãnis. iõq; referẽd⁹ q ex nili alueo diorige adduct⁹ extra sinũ uerũ inflexu tñ & nõ rubri maris pars bestijs infesta: iõq; deserta est. Partẽ panchæi habitãt hi quos ex facto: quia serpẽtib⁹ uescũt: ophiophagos uocãt. Fuere interius Pygmæi minutũ gen⁹: & q pro satis frugibus cõtra grues dimicãdo defecit: sũt mlta uolucrũ multa serpẽtũ genera. De serpẽtib⁹ memorãdi maxime: quos paruos admodũ & ueneni præsẽtis certo anni tẽpore ex limo cõcretarũ paludiũ emergere in magno examine uolãtes ægyptum tẽdere: atq; i ipso introitu finiũ ab auib⁹: quas ibidas appellãt: aduerso agmine excipi pugnaſq; cõfici traditũ est. De uolucrib⁹ præcipue referẽda phœnix semp unica. nõ eni coitu cõcipitur partuue generat: sed ubi quingẽtorũ ãnorũ æuo perpetua durauit sup exaggeratã uarijs odorib⁹ struẽ sibi ipsa incubat: soluitq;: deide putrescẽtiũ mẽbrorũ tabe cõcrescẽs ipsa se concipitatq; ex se rursus renascit. cũ adoleuit ossa

Arabie urbes.

Panchei.

Ophiophagi.

Pygei.

Serpentes. alati.

Ibides aues.

Phœnix auis semper unica.

p̄ristini corpis ĩclusā myrrha ægyptū exportat
atq3 ĩ urbē: quā solis appellāt: fragrātib9 nardo
bultis inferēs memorādo funere cōsecrat. Ipsū
pmōtoriū: quo id mare claudit a ceraunis salti
b9: inuiū est. Aethiopes ultra sedent. Meroeni
hn̄t terrā quā nil9 primo ābitu āplex9 ĩsulā fa-
cit. ps qa uitæ spaciū dimidio fere: q̄ nos lōgi9
agūt: macrobij: ps quia ex egypto aduenere di-
cti Automolæ. pulchri forma & q̄ corporis pa-
rūq3 ueneratiores ueluti optimarū alij uirtutū
In illꝰ mos ē cui potissimū pareāt specie ac uiri
b9 legere. Apud hos plus auri: q̄ ęris ē. iō qd
min9 ē: pciosi9 cēsent. ære exornāt. auro uincu
la sontiū fabricāt. Est loc9 apparatis epulꝰ semp
refert9. & quia: ut libet uesci uolētib9 licet: he
lin trapezā appellāt. & q̄ passim apposita sunt:
affirmāt ĩnasci subide diuinit9. Est lac9 quo p-
fusa corpora quasi uncta pernitēt: bibit idē. a-
deo ē liquid9 & ad sustinēda q̄ incidūt aut ĩmit
tūt: infirmus: aut folia etiā pximis decisa fron
dib9: nō ĩnatātia ferāt: sed passim & penitus ac
cipiat. Sūt & sæuissimæ feræ oĩ colore uarij ly-
acones: & q̄les accepim9 spingas. Sūt miræ a-
ues cornutæ. Tragapomenes equinis auribus
& Pegasi. Cæterū oras ad Eurū sequētib9 nihil
memorabile occurrit. uasta oĩa uastis p̄cisa mō
tibus. ripæ potius sūt: q̄ littora. Inde ingēs & si
ne cultorib9 dubiū aliquādiu fuit: cēt ne ultra

Aethiopes.
Meroe.
Macrobij
Automolæ
Aethiopū
mores.
Mensa solꝰ
Mira lacus
natura.
Lyacones.
Spinges

pelagus. caperet ne terra circuitũ: an exhausta fructu sine fine africa se extéderet. uerũ & si hã no carthaginẽsis exploratũ missus a suis: cũ p oceani ostia exisset: magnã ptẽ eius circũuect⁹ nõ se mari sed cõmeatu defecisse memoratu ret tulerat. Et Eudoxus quidã auorũ nr̃oꝶ tpibus cũ Lachãnũ regẽ Alexãdriæ profugeret: arabi co sinu egressus per hoc pelagus ut nepos affir mat: gades usq; peruect⁹ ẽ. Ideo eius oræ nota sũt aliq̃. Sũt ãt trãs ea q̃ mõ deserta dixim⁹ muti ppl̃i & qbus pro eloquio nutus ẽ. alij sine sono linguæ. alij sine linguis. alij labris etiã cohe rẽtibus: nisi q, sub naribus etiã fistula est: per quã bibere auẽt. Sed cum incessit libido uescẽdi: grana singula frugũ passim nascẽtiũ absorbere dicũtur. Sũt quibus ante aduẽtũ. Eudoxi adeo ignotus ignis fuit adeoq; usus mirũ i modum placuit: ut amplecti etiam flammas & ardẽtia sinu abdere: donec nõceret: maxime libu erit. Super eos grãdis littoris flexus grãdẽ ĩsu lã ĩcludit: in q̃ tãtũ fœminas eẽ narrãt toto cor pore hirsutas & sine coitu mariũ sua spõte fecũ das adeo asperis efferisq; moribus: ut quedã cõ tineri ne reluctẽt uix uinculis possint. hoc Hã no retulit. & qa detracta occiŝ coria pertulerat fides habita ẽ. Vltra hũc sinũ mõs alt⁹ ut græci uocãt: theõ perpetuis ignib⁹ flagrat. ultra mõ

Hãno carthaginẽsis

Eudoxus

Cornelius nepos.

Muti ppl̃i.

Varia hominũ monstra.

Fœmine sua sponte fecunde

Theon

tē uiret collis lōgo tractu lōgis littorib⁹ obdu
ctus: unde uisunt patētes magis cāpi: q̄ ut pro-
spici possint. Panū Satyrorūq; hinc opinio cau
sæ fidē cepit: ꝙ cū ī his nihil culti sit. nullæ ha
bitātiū sedes. nulla uestigia solitudo in diē ua-
sta. & silentiū uastius: nocte crebri ignes micāt
& ueluti castra late iacētia ostēdūt. crepāt cym
bala & tympana: audiuntq; tibiæ sonātes mai⁹
humanis. Tunc rursus æthiopes: nec iam dites
quos dixim⁹: nec ita corporib⁹ similes: sed mi-
nores incultiq; sunt: & noīe hesperio. In horū
finibus fons est: quē nili esse aliqua credibile ē
nuchul ab incolis dicit. & uideri pōt nō alio no
mine appellari: sed a barbāro ore corrupti⁹: al
ter purum. & minora quidē: eiusdē tn̄ generis
aīalia alijs oībus in oceanū uergētib⁹ solus in
mediā regionē ad oriētē abit. & quo nā exeat in
certum est. Inde colligitur nilū hoc fonte cōce-
ptum actūq; aliquādiu per iuia & ideo ignotū.
ite se ubi ad ea possit ostēdere. Cæterū spacio
quo abscōdit effici: ut hic alio cedere: ille aliun
de uideat exurgere. Catoblepas nō grādis fera:
uerū grāde & pgrāde caput ægre sustinēs: atq;
ob id in terrā plurimū ore cōuersa: apud hos gi
gnitur: ob uim singularē magis etiā referenda
ꝙ cū impetu morsuq; nihil unq̄ sæuiat: oculos
eius uidisse mortiferū. Cōtra eosdē sūt insulæ

Panes.
Satyri
Ethiopes
minores.
Nili fons
Nuchul
Catoblepas

dorcades dom⁹ ut aiũt: aliqñ gorgonũ. Ipse træ
ꝑmõtorio: cui hesperuceras nomẽ ẽ: finiũt. In
de incipit frõs illa q̃ in occidẽtẽ uergẽs mari at
lãtico abluit. Prima ei⁹ æthiopes tenẽt media
nulli. nã aut exusta sũt. aut harenis obducta aut
infesta serpentibus. Exustis insulæ appositæ
sunt: quas hesperidas tenuisse memorat. In ha
renis mõs est satis de se consurgẽs: ue℞ incisis
undiq; rupib⁹ ꝑceps iuius & quo magis surgit
exilior: q ꝗ alti⁹ q̃ cõspici põt usq; i nubila erigi
tur: cælũ & sydera nõ tãgere mõ uertice sed su
stinere quoq; dict⁹ ẽ. Cõtra fortunatæ ĩsulæ a
bũdãt sua spõte genitis & subinde aliis sup aliis
ĩnascẽtib⁹ nihil solicitos alũt beati⁹ q̃ aliæ ur
bes exculte. una singulari duorũ fõtiũ ingenio
maxime ĩsignis: alterũ q gustauere risu soluũt
in mortẽ ita affectis remediũ ẽ ex altero bibere
Ab eo tractu quẽ feræ ĩfestãt ꝓximi sũt Synap
todes inflexi lẽtis crurib⁹ quos serpere magis
q̃ ingredi referũt. Deinde Pharusi aliqñ tẽdẽte
ad hesperidas hercule dites: nũc inculti & nisi
ꝗ pecore alunt: admodũ inopes. Hinc iã lætio
res agri amœniq; saltus: terotæ. berini ebore a
bundãt. Nigritarũ getulorũq; passim uagãtiũ
ne littora quidẽ infæcunda sũt purpura & mu
rice efficacissimis ad tingẽdũ: & ubiq; quæ tin
xere clarissima. Reliqua est ora Mauritaniæ ex

Dorcades. Gorgonũ domus. Hesperuceras promõ. Hesperidũ insule. Atlas mõs. Fortunate insule. Mirãda duorum fontium natura. Synaptodes. Pharusi Hercules. Mauritanie ora

terior & in fine sui fastigiatis se africæ nouissimus ãgulus iisdẽ opibus: sed minus diues. Cæterũ solo etiã ditior & adeo fertilis est: ut frugũ genera nõ cũ serãtur mõ benignissime procreet: sed quædã profũdat etiã nota. Hic Antæus regnasse dicit: & signũ quod fabulæ clarũ prorsus ostẽdit collis modicus resupini hois imagine iacẽtis illius (ut icolæ ferũt) tumulus ubi aliqua ps eruta est: solẽt ibres spargi: & donec effossa repleãt: eueniũt. Hoium ps syluas frequẽtãt minus q̃ quos mõ diximus uagi. ps in urbibus habitãt: quarum ut inter paruas opulẽtissimæ habẽt procul a mari gildano. dulbritania. proprius autem Sala & Lixio fluminí lũno proxima. Vltra est colonia: & fluuius gna. & unde initiũ fecimus ampelusia in nrm iam fretum uergens promõtoriũ operis huius atq atlantici littoris terminus. ¶ Pomponij Mellæ de orbis situ. Finis perfaustus.

Antæus

Antæi tumulus

Ampelusia

Opus Preclarissimũ Põponij Mellæ cosmographi cũ itroductiõibus & alijs tãtopere necessarijs. Per Frãciscũ nuñis dela yerua medicine pfessorẽ elaboratis. Explicit fœliciter. Impressũ uero Salmãticæ (cuius loci elõgatio ab occidẽti .ix. & ab equinoctiali .xlj. gradibus cõstat). Anno dñi .M.cccc.xcviij. sole tauri punctum gradiente primũ.

POMPON. MELA
COSMOGRAPHIA

1498